quia oraverimus ipsum. In manibus eorum
omnia bona. Opera aut impiorum non
videt. Laudatur in oratione: quia in polli
cita sua posuit: eum qui contra iusti-
tiam disputandi partes recepisset. pos
tulare venia dictorum quam non probaret: et
veri inveniendi atque examinande dispu-
tationis gratia: illam sibi imposita perso
nam dicere. Quod consque tullius probavit.
Ut ipse in libris Job: qui hec scripsimus

quos scripsit de re publica ea sententia
dicendam putaverit. **Q**uanto antiquior Iob
qui hec scripsit reperitur. Nec eloquentie ph-
alerandę gratia: sed veritatis probande
permittenda estimavit. **S**tatimque ipse que-
stionem enodem reddidit: subiciens: quod extin-
guatur lucerna impiorum: et futura sit
eorum eversio. **N**on falli deum doctorem sapientie
et discipline: sed esse veritatis iudicem.
Et ideo non secundum forensem abundantiam
estimandam beatitudinem singulorum: sed secun-
dum interiorem conscientiam: que innocentium
et flagitiosorum merita discrevit: vera atque
incorrupta penarum premiorumque arbitra.
Moritur innocens in potestate simplicitatis
sue: in abundantia proprie voluntatis: sicut
adipe repleta anima gerens: **A**t vero pec-
cator quamvis foris abundet: et deliciis diffluat:
odoribus fragret in amaritudine anime sue
vitam exigit: et ultimum diem claudit: nihil secun-

eorum que expilata fuerat referens: bonorum
nihil suum auferens: nisi precia scelerum suo-
rum. Nec cogitas: nega si potes diuini esse
iudicii remuneratione. Ille suo affectibus
atque hic miser. Ille suo iudicio absolutus:
hic reus. Ille incepti letus: hic merens.
Cum absolui potest: qui nec sibi innocens est?
Vides quanta peccatoris interrogata eius
conscientia. Nonne pariter omnibus foret sex-
ulcerus? Intueris laticia eius: et salubrita-
te miraris corporis: filiorum atque operum
abundancia. Introspice ulcera et vibices
anime eius: cordisque moestitudine. Nam
de operibus quid loquar: cum legeris: Quia
in abundancia est vita eius: cum scias quia et
si tibi videatur diues: si pauper est: et tum in
dicio suo refellatur. De multitudine prop-
filiorum et de indolentia quid loquar: cum
se ipse lugeat: et sine herede futurum indicet.

cum imitatores ſui ſucceſſores ſuos eſſe
volint. Nulla enim hereditas peccatoris
Ergo impiis ſibi ipſi pena eſt. Juſtis
aut ipſe ſibi gloria. Et utrique aut bono-
rum aut malorum operum merces eſſe ſe ipo
ſoluitur.

**De deſtructione aſſer-
tionis eorum in ſpeciali: qui deum
nequaquam curam mundi habere putant.**

Sed revertamur ad propoſitum: ne di-
viſione facta preteriiſſe videamur: quia
occurrunt opinionum eorum: qui videntes
ſceleratos quoſque divites: letos: honoratos:
potentes: econtra pleraque iuſtorum egeat atque i-
infirmi ſint: putant vel nichil de nobis
deum curare: ut epicurei dicunt: vel neſcire
actus hominum: ut flagicioſi putant: vel ſi ſcit con-
tra iniquum eſſe iudicem: ut bonos egere
patiatur: abundare improbos. Nec ſimpliciter
velut quidam exiſtimaſſe fuit: ut opinioni hu-
iuſmodi: ipſorum affectus reſponderet quos

beatos iudicat: cum ipsi se miseros videt.
Arbitratur enim forte: quod sibi ipsi facilius quam no-
bis credi debeant. Quo derriso: prolixe estimo
ut refellam cetera. Et primo eorum assertionem
quod deum putat circa mundi negotia habere: sicut
Aristoteles asserit: usque ad lunam eius desti-
dere providenciam. Et quis operator ne-
gligat operis sui curam. Quod si aut
deum creatorem suum abnegat: aut ferarum
et bestiarum se haberi numero censet: quid
de illis dicamus: qui hac se condempnat in-
iuria. Per omnia deum esse ipsi asserunt:
et omnia in virtute eius consistere: vim et ma-
iestatem eius per omnia elementa penetrare
terras: celum: maria: et putat iniuriam
eius: si mente hominis quia nihil nobis ipse
prestancius dedit: penetret et divine ma-
iestatis ingrediatur secreta. Nam de aris-
totelis opinione quid loquar: qui putant

deum suis contentum esse finibus: et constricto regni modo degere: ut poetarum loquuntur fabule: qui mundum in tres ferunt esse divisum: ut alii celum: alii mare: alii inferna coercenda imperii sorte obtinerent: eosque tenere: ne usurpata alienarum partium sollicitudine inter se bellum excitet. Similiter ergo asserit quod terrarum curam non habeat: sicut maris vel inferni non habet. Et quo ipsi excludunt: quos sequuntur poetas.

De redargutione erroris illorum qui deum iniquum esse iudicem astruunt ex eo quod bonos egere patiatur: et improbos abundare.

Quo absoluimus: et ut arbitramur non mediocriter nobis huiusmodi cecidit disputatio. Tercium reliquum questionis residet huiusmodi: Cur peccatores abundet omnibus et diviciis: excellentur inquid: sine merore: sine luctu: iusti autem egeat: et afficiatur aut

coniugum amissione: aut liberorum
luctibus satisfacere debuit illa euangelii Luce 16.
parabola: quod dives bysso et purpura in
duebatur: et epulas copiosas exhibebat quoti
die: pauper autem plenus ulceribus de mensa
eius colligebat reliquias. Post obitum utrius
que: pauper erat in sinu abrahe abraçe reque
tus: dives autem in suppliciis. Nomen eius
verus est: a meritorum aut premia aut sup
plicia post mortem manere. Et certe
quia in certamine labore: post certamen
aliis victoria: aliis ignominia. Nunquid
pugnis cursus concertantibus palma cuique datur
aut defertur corona. Merito paulus certa 2 timothei 4
men inquit bonum certavi: cursum consumma
vi: fidem servavi: quod reliquum reposita
est mihi corona iusticie: quam reddet mihi do
minus in illa die: iustus iudex. In illa die
inquit reddet: non hic. Hic autem in laboribus:
in periculis: in naufragiis: quasi athleta

bonum decertabat: quia sciebat: quia per mul-
tas tribulationes oportet nos intrare in reg-
num dei. Non solum autem mihi: sed et omnibus
qui diligunt adventum eius. In illa re: Ergo non
potest quis coronam accipere: nisi legitime
certaverit. Nec est gloriosa victoria. nisi
ubi fuerint laboriosa certamina. Nimis
iniustus est: qui ante dat coronam quam certamen
math. 5. fuerit absolutum. Ideoque dominus in euan-
gelio ait. Beati pauperes spiritu: quia ipsorum
est regnum celorum. Non dixit: Beati divites sed
pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio
divino: ubi erumna estimatur humana.
Beati qui esuriunt: quia ipsi saturabuntur.
Beati qui lugent: quia ipsi consolationem
habebunt. Beati misericordes: quia ipsis
miserebitur deus. Beati mundo corde: quia ipsi
deum videbunt. Beati qui persecutionem pati-
untur propter iusticiam: quia ipsorum est regnum

celorum. Beati estis: cum vobis maledixerint homines et persequentur: et dixerint omne malum adversum vos: propter iustitiam. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in celo. Futuram non presentem: in celo non in terra: mercedem promisit esse reddendam. Aliud alibi postulas: quod alibi debetur. Aliud praepropere coronam exigis antequam vincas. Aliud detergere pulverem. Aliud requiescere cupis. Aliud epulari gestis antequam stadium solvatur. Adhuc populus spectat: adhuc athlete in stemmate sunt: et tu iam ocium petis.

Ut maxime adolescentes deceant exempla de Isaac: et Ioseph: et de Moyse et Hieremia.

Quoniam igitur et poena improbitati et virtuti fore premium satis claruit: de officiis aggrediamur dicere: que nobis ab adolescentia spectanda sunt: ut cum

etate accreſcunt ſimul ſtudia bonorum
artium. Eſt igitur bonorum adoleſcentium
timore dei habere: deferre parentibꝫ hono-
re: habere ſenioribus reuerentiam: caſtita-
tem tueri: nō aſpernari humilitatem:
diligere clementiā ac verecundiā: que
ornamento ſunt minori etati. Ut enim
in ſenibus grauitas: in iuuenibꝫ ala-
critas: ita in adoleſcentibꝫ verecundia:
velud quadā dote commendatur nature. Er-
at Iſaac deū timens: vtpote Abrae indo-
les: deferens patri honore vſqꝫ eo vt aduer-
ſus paternā voluntate nec morte re-
cuſaret. Joſeph quoqꝫ cū ſomniaſſet q
ſol 7 luna 7 ſtelle adorarent eū: ſedulū
tū obſequiū deferebat patri. Caſtus itaqꝫ
ita vt ne ſermone quidē audire vellet ni-
ſi pudicū: humilis vſqꝫ ad ſeruitute: ve-
recundus vſqꝫ ad fugā: patiens vſqꝫ ad

carcere: remissor iniurie usque ad remu-
nerationem. Cuius tanta verecundia fuit:
vt comprehensus a muliere: veste in ma-
nibus eius fugiens mallet relinquere:
quam verecundiam deponere. Moses quoque et
Hieremias electi a domino: vt oracula
dei predicaret populo: quod poterant
per gratiam: excusabat per verecundiam.

De bono verecundie: quod maxime in sancta dei emicuit genitrice: et quod gestus exterioris hominis per sepe qualitatem interioris ostendat: et quod omnia membra naturaliter habita polleant honestate &c.

Pulchra igitur virtus verecundie: et
suavis gratia: que non solum in factis:
sed etiam in ipsis spectatur sermonibus:
ne modum progrediaris loquendi: ne quid
indecorum sermo resonet tuus. Speculum

cum mentis: plerumque in verbis reſultet.
Ipſum vocis ſonum libret modeſtia: ne cu-
iuſquam offendat aurem vox fortior. Denique
in ipſo canendi genere: prima diſciplina
verecundia eſt: immo etiam in omni uſu loquen-
di: ut ſenſim quis aut pſallere: aut ca-
nere: aut poſtremo loqui incipiat: ut
verecunda principia commendet proceſ-
ſum. Silentium quoque ipſum in quo eſt
reliquarum virtutum otium: maximus actus
verecundie eſt. Denique ſi aut infantie
putatur: aut ſuperbie probro datur: ſi ve-
recundie: laudi ducitur. Tacebat in pe-
riculis Suſanna: et gravius verecundie
quam vite damnum putabat: nec arbitraba-
tur periculo pudoris tuenda ſalute. Deo
ſoli loquebatur: cui poterat caſta verecun-
dia eloqui: refugiebat ora intueri vi-
rorum. Eſt enim et in oculis verecundia:
ut nec videre viros femina: nec videri
velit. Neque vero quiſquam ſolius hanc lau-

dem castitatis perit. Est enim verecun
dia pudicitie comes: cuius societate cas
titas ipsa tutior est. Bonus enim regende
castitatis pudor est comes: qui si se preten
dat ad ea que prima periculosa sunt pu
dicitiam temerari non sinat. Hic primus
in ipso cognitionis ingressu domini matrem
commendat legentibus: et tanquam testis lo
cuples dignam que ad tale munus eligeretur
asserit: quod in cubiculo: quod sola quod salutata
ab angelo tacet: et mota est in introitu eius.
quod ad virilis sexus speciem peregrinam
turbatur aspectus virginis. Itaque quamvis
esset humilis: pre verecundia tamen non resaluta
vit: nec ullum responsum retulit: nisi ubi
de suscipienda domini generatione cognovit.
ut qualitatem effectus disceret: non ut sermo
nem refelleret. In ipsa quoque oratione multum
multum verecundia placet: multum conciliat
gratie apud deum nostrum. Nonne hec pre

tulit publicanum et commendauit eum
qui nec oculos audebat ad celum leuare?
Ideo iustificatur magis diuino iudicio quam ille
phariseus: quem deformauit presumpcio.
1. petri 3. Ideoque ornemur in incorrupcione quieti et
modesti spiritus: quod est ante deum locuples: ut
ait petrus. Magna igitur modestia: que
cum sit etiam sui iuris remissor: ni-
hil sibi usurpans: nichil vendicans et
quodammodo intra vires suas contractior:
diues est apud deum: apud quem nemo di-
ues. Diues est modestia: quia porcio
dei est. Paulus quoque oracionem deferri pre-
cepit cum verecundia et sobrietate. Pri-
ma hec et quasi pronuba vult esse oracionis
future: ut non glorietur peccatoris oracio:
sed quasi colore pudoris obducatur: qui
quo plus defert verecundie de recorda-
cione delicti: eo uberiorem meretur graciam.
Tullius li. 1. de officio decori. Est etiam in ipso motu: gestu: incessu:

tenenda verecundia. Habitus enim men-
tis: in corporis statu cernitur. Hinc ho-
mo cordis nostri absconditus: aut levior:
aut iactantior: aut turbidior: aut contra
gravior: et constantior et purior et matu-
rior estimatur. Itaque vox quedam est animi:
corporis motus. Meministis filii quendam
amicum tum sedulis se videretur commen-
dare officiis: hoc solo tamen in clerum a me non
receptum: quod gestus eius plurimum dedeceret:
Alterum quoque cum in clero reperissem
iubere me ne umquam preiret mihi: quia
velut quodam insolentis incessus verbere
oculos feriret meos: Idque dixi: cum red-
deretur post offensam muneri: hoc solum
excepi: nec fefellit sententia. Uterque
enim ab ecclesia recessit: ut qualis inces-
sus prodebatur: talis perfidia animi demon-
straretur. Quod si ista spectantur aliquanto
magis cavendum est ne quid turpe ore

exerceat. Hoc enim graviter coinquinat ho-
minem. Non enim cibus inquinat hominem:
sed iniusta obtrectatio sed verborum obsceni-
tas. Hec etiam vulgo pudori sunt. In nos-
tro vero officio: nullum verbum quod inho-
neste cadat non incutit verecundiam. Et
non solum nihil ipsi indecorum loqui: sed
ne aurem quidem debemus huiusmodi prebere dic-
tis: sicut Ioseph ne incongrua sue au-
diret verecundie: veste fugit relicta quia
qui delectat audire: alterum loqui provo-
cat. Intelligere quoque quod turpe sit: pudo-
ri maximum est. Nonne igitur ipsa na-
tura est magistra verecundie. Ergo na-
ture opifex sic in nostro studuit verecundie. sic
decorum illud et honestum in nostro custodivit
corpore: ut velut ductus quosdam aque: exitus
cuniculorum nostrorum post tergum relega-
ret: atque ab aspectu nostro averteret: ne
purgatio ventris visum oculorum offenderet.

De quo per hec apostolus ait: Que videntur
inquit membra corporis infirmiora: neces-
saria sunt. Et que putamus ignobiliora | 1 Corinth 12
esse membra corporis his abundantiorem
honorem circumdamus: et que inhonesta sunt
nostra: honestatem abundantiorem habent.
Denique si casu aperiantur hee partes con-
funditur verecundia: si studio impu-
dentia estimatur. Unde et filius Noe | Gene. 9
Cham offensam retulit: quia nudatum videns
patrem risit. Qui autem operuerunt patrem:
acceperunt benedictionis gratiam. Ex quo
mos vetus: et in urbe roma: et in plerisque
civitatibus fuit ut filii cum parentibus
puberes vel generi: non lavarent:
ne paterne reverentie auctoritas mi-
nueretur: licet plerique se et in lavacro
quantum possunt tegant: ut vel illic ubi nu-
dum totum est corpus: huiusmodi intecta portio sit.
Sacerdotes quoque veteri more sicut in Ex-

odo legimus: bracchas accipiebant. sicut
ad Moysen dictum est a deo: Et facies illis
Exo. 28. bracchas lineas: ut tegatur turpitudo pu-
doris: a lumbis usque ad femora eorum: et ha-
bebit eas Aaron et filii eius: cum intrabunt
in tabernaculum testimonii: et cum accedent
sacrificare ad aram sancti: et non inducent
super se peccatum: ne moriantur. Quod nomi-
ni nostrorum servare ad hunc servientur: ple-
rique spirituali interpretacione ad cautio-
ne verecundie: custodiam castitatis dic-
tum arbitrantur.

Ut communia extranea: et accessus vi-duarum caveantur et virginum.

Habet sane suos scopulos verecundia-
no quos ira vix evehit: sed quos saepe
inveniit. Et intemperancium vitidamus
consortia: qui sub specie iocunditatis
venenum infundunt bonis: hi si assidui
fuit: et maxime in convivio: ludo: ac ioco.

enervant gravitatē illam virilem.
Caveamus itaq̄ ne diu relaxare animum
volum⁹: solvamus omnē harmoniam
quasi concentū cpla bonorū operū. Us⁹
enī cito inflectit naturā. Unde q̄ prude-
ter factis convenire ecclesiasticis: 7 max-
ime ministrorū officijs arbitror: decli-
nare extraneorū convivia. Vt vt ipsi ho-
spitales sitis peregrinātib⁹: vel vt ea
cautione null⁹ sit obprobrio loc⁹. Con-
vivia quippe extraneorū occupacioēs
hnt: tū etiā epulandi produnt cupidita-
te. Surrepūt etiā fabule frequēter de
seculo voluptatibus: claudere aures nō
potes: prohibere: putatur supbie: surre-
pūt etiā pt̄ voluntatē pocula. Melius
est tue domui semel excuses necessitati
satisfaciēdo q̄ aliene frequēter: 7 vt ipse so-
brius surgas. Tn̄ ex aliena insolentia
condemnari nō debet p̄sentia tua. Vidu-

arum ac virginum domos nisi visitan-
di gratia iuniores adire non expedit.
Et hoc cum senioribus: hoc est vel cum
episcopo: vel si graviore causa cum
presbyteris. Quid necesse est: ut demus obtre-
ctandi locum secularibus. Quid opus est ut
ille quoque visitationes crebre accipiat
auctoritatem? Quid si aliqua illarum forte la-
batur? Cur alieni lapsus subeas invidiam?
Quam multos etiam fortes illecebra decepit?
Quanti non dederunt locum errori et dederunt
suspicioni? Cur non illa tempora quibus
ab ecclesia vacas: lectioni impendas? Cur
non Christum revisas: Christum alloquaris:
Christum audias. Illum alloquimur cum oramus:
illum audimus cum divina legimus oracula.
Quid nobis cum alienis domibus? Una do-
mus est que omnes capit. Illi potius ad nos
veniant: qui nos requirunt. Quid nobis cum
fabulis? Ministerium altaribus Christi: non

obsequium hominibus deferendum recepimus
Humiles nos esse decet: mites decet.
mansuetos: graves: pacientes: modum
tenere in omnibus: ut nullum vicium esse
in moribus: vel tacitus vultus: vel sermo annunciet.

De iracundia in se reprimenda et in aliis pariter mitiganda: exemplum de Iacob et David.

Caveatur iracundia: aut si vitari
non potest: cohibeatur. Mala enim res perturba-
ti indignatio est que ita animum perturbat.
ut rationi non relinquat locum. Primum
est igitur si fieri potest ut morum tranquilli-
tas usu quodam affectioni sue proposito
in naturam vertatur. Deinde quoniam ita vehe-
mens motus insitus est nature ac moribus:
ut evelli atque evitari non queat: si providere
non poterit: ratione reprimatur. Aut si

prius occupatus fuerit animus: ab in
dignatione q͂ ꝯsilio propositi ac prouideri
potuerit: ne occuparet. meditare quomo
motum animi tui vincas: iracundiã teperes.
Ro. 12. Resiste ire si potes: cede si no potes: qa
Gen. 27. scriptũ e: Date locũ ire. Jacob fratri indig
nati pie cessit 7 Rebecce .i. pacientie in
structus consilio: abesse maluit 7 pere
grinari q͂ excitare fris indignatione:
7 tunc redire cum frem mitigatum puta
ret. Et ideo tantã apud deum invenit
gratiã. Quibus deinde obsequiis quantis
muneribus frem rursum reconciliavit si
bi: ut ille prerepte benedictionis no memi
nisset: meminisset oblate satisfactois.
Ergo si prevenerit 7 preoccupaverit me
tem tuam iracundia: 7 ascenderit in
te: no relinquas locũ tuũ. Locus tuus pa
ciencia e: locus tuus sapiencia e: locus tuus

ratio est: locus tuus sedatio indigna-
tionis est. Aut si te contumacia res-
pondentis mouerit: et diuersitas rrpi-
lerit ad indignationē: si nō potueris mi-
tigare mentem: reprime linguā tuam.
Dic enī scriptū ē. Cohibe linguā tuam Ps. 33.
tuā a malo: et labia tua ne loquat᷑ dolū.
Deinde inquire pacē: et sequere eā. Pace illā
sancti iacob vide. qua primū sedato ani-
mū. Si nō preualueris: frenos lingue
impone tue. Deinde reconciliationis stu-
diū nō ptermittas. Nō mediocre ē mi-
tigare iracundiā: nō irsequi qz animo
nō demoueri. Nolite ergo contemnere pu-
eros: de quibus dn̄s ait: Nisi cōuersi Mathei 18.
fueritis et efficiamini sicut paruuli:
nō intrabitis in regnū celorū. Itaqz et
ipse dn̄s: hoc ē dei virtꝰ: sicut puer cū male

dicerentur: no te maledixit: cu pcute
retur: no repcussit. Ita ergo te copera:
ut quasi pter iniuria no teneas: ma
licia no exerceas: omnia a te innocē
ter pficiscantur. No cōsideres quid ab alijs
in te referat': locu tuu serua: simplici
tate & puritate tui pectoris custodi. No
li respondere irato ad iracundiam eius:
siue inprudentia eius. Cito culpa cul
pam excutit. Si lapides teras nonne
ignes erumpit? Jam dixerat de inimi
cis suis: Qui declinaverunt in me ini
quitates: & in ira molesti erat mihi. Audiamus
ps 54. turbatus in ira quid dixerit. Quis dabit
mi pennas sicut columbe: & volabo & requies
tam. Illi ergo ad iracundia provocabat
hic tranquillitate eligebat. Ita dixerat:
Irascimini & nolite peccare. Moralis

magister qui naturale affectu~ inflecte
du~ magis ratione doctrine q~ extirpadu~
noverat: moralia docet. Hoc e~. Irascimini ps. 4.
ubi culpa e~ cum irasci debeatis. Non pot~
enim fieri: ut non rerum indignitate mo-
veamur: aliquin non virtus. sed lenitu-
do et remissio iudicatur. Irascimini ergo
ita ut a culpa abstineatis. Vel sic. Si
irascimini: nolite peccare: sed vincite ra-
tione iracundia~. Vel sic. Si irascimini:
vobis irascimini: quia commoti estis: et non
peccabitis. Qui enim sibi irascitur quia
cito commotus e~: desinit irasci alteri. Qui
autem vult ira sua iusta probare: plus in-
flammatur: et cito in culpa cadit. Melior proverbi 16.
e~ autem secundum Salomonem. qui iracundiam
retinet: q~ qui urbem capit: quia ira etiam
fortes decepit. Cavere igitur debemus ne

ni perturbationes vitiis incidamus. quod
animos nostros ratio deponat. Exami
nat enim mentem plerumque aut ira: aut do
lor: aut formido mortis: et impetu suo per
cellit ictu. Ideo prudenter utendum est cogita
tione: que volvendo mentem exerceat ne re
pentinis excitetur commotionibus: sed impe
tu quodam rationis et habenis constricta mitescat.

De cogitationibus et appetitu: et bipertito loquendi modo ..

Sunt autem gemini motus: hoc est: cogi
tationum et appetitus: alteri cogitationis alte
ri appetitus: non confusi: sed discreti et dispa
res. Cogitationes verum exquirere et quasi
emolere nimirum student: appetitus ad
aliquid impellit agendum atque excitat. Ut
atque ipso genere natura sint: et cogitationes
tranquillitate sedationis infundunt: et

appetitus motum agendi excitat. Ita ergo
informati simus ut bonarum rerum subeat a-
nimum cogitatio: appetitus autem rationi ob-
temperet (si vere ut illud decorum custo-
diamus animum volumus intendere) ne
rationem excludat rei alicuius affectus: sed ra-
tio quid honestati conveniat examinet. Et
quoniam ad conservationem decoris spectare dixi-
mus: ut sciamus in factis dictisque quis
modus: prior autem ordo loquendi quam faciendi est:
sermo in duo dividitur. In colloquium familia-
re: et in tractatum disceptationemque fidei atque
iustitie. In utroque servandum ne sit aliqua per-
turbatio sed tamquam mitis et placidus: et beni-
volentie plenus et gratie: sine ulla sermo
ducat contumelia. Absit pertinax in fa-
miliari sermone contentio: questiones enim
magis excitare inanes: quam utilitatis ali-
quid afferre solet. Disceptatio sine ira: sua

uitas sine amaritudine sit: monitio
sine asperitate: hortatio sine offensione.
Et sicut in omni actu vite id cavere debe-
mus ne ratione nimius animi motus
excludat: sed teneamus consilij locum: ita etiam
in sermone formulam eam animi tene-
re convenit: ne aut ira excitetur: aut odi-
um: aut cupiditatis nostre aut ignavie
aliquod exprimamus indicia. Sit igitur ser-
mo huiusmodi de scripturis maxime. Unde
enim magis nos oportet loqui quam de con-
versatione optima: adhortatione obser-
vationis discipline quam custodia. Habeat
caput cum ratione: et finis modum. Ser-
mo enim tediosus iras excitat. Neque ni-
mium prolixus: neque cito interruptus: ne vel
fastidium derelinquat: vel desidia prodat
atque incuriam. Oratio sit pura: simplex:

dilucida: atque manifesta: plena grauita-
tis et ponderis: non affectata elegan-
tia: sed non intermissa gratia.

Iusticiam et fidem hostibus etiã exhibendam

Quanta autem iusticia sit ex hoc intelli-
gi potest: quod nec locis nec personis nec tem-
poribus excipitur: quã etiam hostibus reseruatur-
ur: ut si constitutus sit cum hoste: aut locus
aut dies prelio: aduersus iusticiam putetur
aut loco preuenire: aut tempore. Interest enim
utrum aliqua pugna aliqua et conflictu grauiori
capiatur: an superiore gratia vel aliquo euen-
tu. Siquidem vehementioribus hostibus et in-
fidis et his qui amplius leserint vehementior re-
fertur ulcio: ut Madianitis: quia per mulieres su-
as plerosque peccare fecerat ex plebe iudeorum:
unde et dei in populum patrum iracundia effusa
est. Et ideo factum est: ut nullum Moyses victor

superesse pateretur. Rabaonitas autem quos fraude magis quam bello temptaverat plebe patrum non expugnaret lesus sed condicionis imposite afficeret iniuria. Syros vero
4. reg. 6. Heliseus quos obsidentes in civitate duxerat momentaria cecitate percussos cum quo ingrederentur videre non possent volenti regi israhel percutere non acquiesceret dicens:
Non percuties quos non captivasti in lancea et in gladio tuo: pone eis panem et aquam ut manducent et bibant et remittantur et eant ad dominum suum: ut humanitate provocati gratiam representaret. Denique postea in terram israhel venire pirate syrie destiterunt. Si ergo in bello iusticia valet: quanto magis in pace servanda est. Et hanc gratiam propheta his detulit: qui ad eum corripiendum venerat. Sic enim legimus quod in obsidionem eius miserat rex syrie exercitum suum: cognito quod Heliseus esset: qui consiliis et argumen-

tacionibus eius obviaret omnibus. Que
videns exercitum Giezi servus prophete: de salu-
tis periculo trepidare cepit. Cui dixit prophe-
ta: Noli timere quia plures nobiscum sunt:
quam cum illis. Et rogante propheta ut aperirentur
oculi servo suo: aperti sunt. Vidit itaque
Giezi totum montem equis repletum et curribus
in circuitu Helisei. Quibus descendentibus:
ait propheta: Percutiat dominus exercitum Syrie ce-
citate. Quo impetrato: dixit ad Syros: Veni-
te post me: et ducam vos ad hominem quem
queritis. Et viderunt Heliseum quem tenere
festinabant: et videntes tenere non poterant.

Liquet igitur etiam in bello fidem et iusticiam
servari oportere: nec illud decorum esse pos-
se: si violetur fides. Denique etiam adversari-
os molli veteres appellatione nomina-
bant: ut peregrinos vocaret. Hostes enim
antiquo ritu peregrini dicebantur. Qu-
od eque etiam ipsum de nostris assumptum
dicere possumus. Adversarios enim suos He-

brei allophilos: hoc est: alienigenas: la-
1. reg. 4 tino appellabat vocabulo. Denique in libro
regnorum sic legimus sic legimus: Et factum
est in diebus illis: convenerunt alienigene
in pugna ad israhel. Fundamentum ergo
est iusticie fides. Iustorum enim corda medita-
tur fide: et qui se iustus accusat: iusticiam
supra fidem collocat. Nam tunc iusticia eius
apparet: si vera fateatur. Denique et deus per
Esa. 28. ysaiam: Ecce inquit mitto lapidem in fundamen-
tum syon: id est christum in fundamentum ecclesie. Fi-
des enim omnium christus. Ecclesia autem quedam for-
ma iusticie est: commune ius omnium. In commu-
ne orat: in commune operatur: in commune tem-
ptatur. Denique qui seipsum sibi abnegat: ipse
iustus: ipse dignus christo est. Ideo paulus fun-
damentum posuit christum: ut supra eum opera ius-
ticie locaremus: quia fides fundamentum est.
In operibus autem aut malis iniquitas:
aut bonis iusticia est ..

De beneficencia ..

Tullius li. 1. quemadmodum de beneficencia que ius-
ticie iuncta est officia maneant.

Sed iam de beneficentia loquamur:
q̄ dividitur ecia ipā in benivolentiā 7 li
beralitatem. Ex his igitur duabus constat ben̄
ficentia: ut sit perfecta. Non enī satis ē ben̄
velle: sed ben̄ facere. Nec satis ē iterū benfacere
re: nisi id ex bono fonte: hoc ē. ex bona volun
tate proficiscatur. Hilarē enī datorē diligit deus. 2 Corinth 9
Nam si invitus facias: que tibi merces ē. Vn
apostolus generaliter inquit: Si volens hoc ago: mer 1 Corinth 9
cedem habeo: si invitus: dispensatio mihi cre.
Pulchrū ē igitur ben̄ velle: 7 eo largiri consi
lio: ut prosis: ut nō noceas. Nā si luxurioso
ad luxurie effusionē: adultero ad mercedē
adulterii largiendū putes: nō ē beneficia is
ta ubi nulla ē benivolentia. Nō ē hec pro
babilis liberalitas: si adiuves eū qui adver
sus viduā 7 pupillos gravē detexuit iurgio
aut vi aliqua possessiones eorū eripere co
natur. Nō probatur largitas: si quod alteri
largitur: alteri quis extorqueat: si iniuste querat:

et iuste dispensandum putet: nisi for-
te: ut ille Zaccheus reddas quadruplum
prius ei quem fraudaveris: et gentilitatis
vicia fidei studio et credentis operatione com-
penses. Fundamentum igitur habeat libe-
ralitas tua. Hoc primum queritur: ut cum
fide conferas: fraudem non facias oblatis: ne
dicas te plus conferre et minus conferas.
Quid enim opus est dicere. Fraus promissi
est: in tua potestate est largiri quod velis.
Fraus fundamentum solvit: et opus corruit.
Actuum 5 Nunquam Petrus ita indignationem effer-
buit: ut Ananiam extingui vellet: vel ux-
ore eius. Sed exemplo eorum noluit perire cete-
ros. Nec illa perfecta est liberalitas: si iacta-
ntie causa magis quam misericordie largia-
ris. Affectus tuus nomen imponit operi
tuo. Quomodo a te proficiscitur: sic estimatur. Vides
quam mortalem iudicem habeas? Te consulit: quomodo
opus tuum suscipiat. mentem tuam prius in-

erogat. Nesciat inquit sinistra tua quid
faciat dextera. Non de corpore loquitur: sed etiam Mathei 6.
vnanimus tuus: sed tuus quid facis nes-
ciat: ne dum hic mercedem queris iactantie:
illic remunerationis fructum amittas.
Perfecta autem est liberalitas: vbi silentio quis
texit opus suum: et necessitatibus singulo-
rum occulte subuenerit: quem laudat os pau-
peris et non labia sua. Deinde perfecta
liberalitas fide: causa: loco: tempore commendatur:
vt primum operis circa domesticos fidei.
Grandis culpa: si sciente te fidelis egeat:
si scias eum sine sumptu esse: famem laborare:
erumnam perpeti: qui presertim egere erubes-
cat: si in causam ceciderit: aut captiuitatis
suorum: aut calumnie: et non adiuues: si sit in
carcere: et penis et suppliciis propter debitum
aliquod iustus excrucietur. Nam et si omnibus
debetur misericordia: tamen iusto amplius. Si

tempore afflictionis sue nichil a te in-
petret: si tempore periculi quo raxitur
ad morte: plus apud te pecunia tua
valeat quam vita morituri. De quo pulch-
Job 29 re Job dicit: Benedictio perituri in me ve-
niebat. Personarum quidem deus acceptor non
est: quia novit omnia. Nos autem omnibus
quidem debemus misericordia. Sed quia
plerique fraude ea querunt: et fingunt erumnam:
ideo ubi causa manifestatur: persona cognosci-
tur: tempus urget: largius se debet perfun-
dere misericordia. Non enim avarus dominus
est: ut plurimum querat. Beatus quidem qui dimit-
tit omnia: et sequitur eum. Sed et ille beatus est
Luce 21 qui quod habet ex affectu facit. Denique duo aera
vidue illius divitum numeris pretulit: quia
totum illa quod habuit contulit. Illi autem ex habun-
dancia parte exigua contulerunt. Affectus
igitur divitem collacione aut pauperem facit.
et precium rebus imponit. Ceterum deus non vult

simul effundi opes: sed dispensari: nisi forte
vt Heliseus qui boues suos occidit: et pauit pau- 3. reg. 19
pere ex eo quod habuit: vt nulla cura tene-
ret domestica: sed relictis omnibus in disci-
plinam se propheticam daret. Est etiam illa proban-
da liberalitas: vt proximos seminis tui non
despicias: si egere cognoscas. Melius est
enim vt ipse subuenias tuis: quibus pudor
est ab aliis sumptum deposcere: aut alicui pos-
tulare subsidium necessitati: non tamen vt illi di-
tiores eo fieri velint: quod tu posses conferre
inopibus. Causa enim prestat: non gratia. Neque
enim propterea te deus ditasti: vt tuos diuites fa-
cias: sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni ope-
ris acquiras: et precio miserationis pecca-
ta redimas tua. Putat se parum poscere:
pretium tuum querunt vite tue fructum adimere
contendunt. Et accusat quod eum diuitem non fece-
ris: cum te ille velit eterne vite fraudare

mercede. Consilium promissionis auctori
tate petamus. Primum igitur nemine
debet pudere: si ex divite pauper fiat. du
largitur pauperi: quia christus pauper factus
est cum dives esset: ut nos sua inopia
ditaret. Dedit regulam qua sequamur.
ut bona ratio sit exinaniti patrimonii:
si quis pauperem fame repulit: inopiam
sublevavit. Unde et consilium non hoc do. Apos
2. Corinth 8 tolus dicit. Hoc enim vobis utile est: ut
christum imitemini. Consilium bonis
datur: correptio errantes coercet. Qui
multum non abundavit: et qui modicum
non minuit. Bene hortatur ad officium
misericordie omnes homines istud ex
emplum: qui et qui plurimum auri possi
det non habundat. quia nihil est quicquid
in hoc seculo est. et qui exiguum habet non
minuit: quia nihil est quod amittit. Est
etiam sic intellectus bonus. Qui plurimum

habet: 7 si no donat: no habundat. qa
no multum est quod paupere pascit.
Similiter xpo 7 ille paup qui confert
spiritalia pro pecuniarijs 7 si plurimu
habeat gracie: no abundat. No em one
rat gracia: sed alleuiat mente. Uer ecia
sic intelligi pot: No abundas o homo. Lu
tu e em quod accepisti: 7 si ti multu est.
Joannes quo nemo maior e inter na Luce 7.
tos mulieru: inferior tn erat eo q mi
nor e in regno celoru: Pot 7 sic intelli
gi: No abundat dei gracia corporaliter:
quia spiritalis e. Lim eius pot aut mag
nitudine aut latitudine coprehendere qua
no videt. Fides si fuerit sicut granu
sinapis: motes transferre pot: 7 no tibi
datur vltra granu sinapis. Si inte ab
undet gracia: e verendu ne mes tua
tanto minime incipiat extolli: qa mul
ti sunt qui ab altitudine cordis sui graui
corruerunt: qua si nulla habuisset dei

fraciam. Et qui paruum habet non minuit
quia non est corporeum ut diuidatur: et quod
paruum videtur habenti: plurimum est cum ni-
hil deest. Considerandam etiam in largi-
endo etas atque debilitas: nonnumquam etiam
verecundia que ingenuos prodit nata-
les: ut senibus plus largiaris: qui sibi
labore iam non queunt victum querere. Simi-
liter et debilitas corporis: et hec iuuanda
promptius. Tum si quis ex diuicijs ceci-
dit in egestate: et maxime si non vitio suo:
sed aut latrocinijs: aut proscriptione:
aut calumnijs que habebat amisit. Sed
forte ad dicat aliquis: Cecus vno loco sedet
et preterit: et iuuenis valde frequenter
accipit. Verum est quia obripit per importu-
nitatem. Non est illud iudicij: sed tedij. Nam
et dominus ait in euangelio: de eo qui iam
clauserat ostium suum: Si quis ostium eius

procacius vidisset: quia surget et dat illi
propter importunitatem.

De rependenda beneficentia his qui promeruerunt: et maxime deo:

Pulchrum quoque est: propensiore eius habe-
re ratione: qui tibi aut beneficium ali-
quod aut munus contulit: si ipse in neces-
sitate inciderit. Quid enim tam contra offici-
um: quam non reddere quod acceperis? Nec men-
sura pari sed uberiore reddendum arbi-
tror: et usum pensandum beneficii: ut tanto sub-
venias quanto eius erumnam repellas. Ete-
nim superiorem non esse in referendo quam in
conferendo beneficio hoc est minorem esse: quia
qui prior contulit tempore superior: hu-
manitate prior. Unde imitanda nobis est
in hoc quoque natura terrarum: que susceptum
semen multiplicatiori solet munere red-
dere quam acceperit. Ideo est tibi scriptum: Sicut
agricultura est homo insipiens: et tanquam vinea

Homo expers ſenſu. Si reliqueris eũ
deſolabitur. Sicut agricultura ergo etiã
inſipiens: vt tamq̃ fenerata ſibi ma-
iore menſura ſemina ſuſcepta reſti-
tuat. Terra ergo aut ſpontaneos fructꝰ
germinat: aut creditos vberiore cumu-
lo refundit atq̃ reddit. Vtrumq̃ debes quo-
dam hereditario vſu parentibus: ne reli-
quaris ſicut infecundus ager. Eſto tñ vt
aliquis excuſare poſſit q̃ nõ dederit. quõ
excuſare pot q̃ nõ reddiderit? Nõ dare
tumq̃ vix licet: nõ reddere vero nõ licet.
ꝓver. 13. Ideo pulchre Salomon ait: ſi ſederis
cenare ad menſam potentis: ſapienter
intellige ea q̃ apponuntur tibi: 7 mitte ma-
nũ tuã: ſciens q̃ oportet te talia prepa-
rare. Si aut inſaciabilis es: noli co-
cupiſcere eſcas eius. Hec enĩ obtinent
vitã falſam: quia nõ imitari cupientes
ſentencias ſcripſimus. Conferre gratiã
bonum ẽ: at qui referre neſcit duriſſimus.
Humanitatis exemplum: ipſa terra ſugge-
rit. Spontaneos fructꝰ miniſtrat quos

non seueris: multiplicatum quoque red-
dit quod acceperit. Negare tamen pecuniam
numeratam non licet: quod licet accep-
tam non referre gratiam. In proverbiis
quoque habes quod ita plurimum redhibitio ista
gracie apud deum conspicit valere: ut eci-
am in die ruine inveniat graciam
qui possit ponderare peccata. Et quid aliis
utar exemplis: cum dominus ipse remuneratione
uberiore sanctorum meritis in evangelio
polliceatur: atque exhortetur ut operemini bonis
operibus dicens: Dimittite et dimittetur vobis. Luce 6
mensuram bonam: confertam: supereffluentem da-
bunt in sinum vestrum. Itaque et illud commune
Salomonis: non de cibis sed de operibus
est bonis. Nichil enim melius exhilarat
animum quam bonis factis. Aut quid aliud tam
facile potest iustorum explere mentes: quam boni
operis conscientia. Cui aut iocundior

cibus: qz facere voluntate dei? Que cibum
sibi solum dns abundare memorabat: si
Joh. 4 cut scriptu e in euangelio: Meus cibus
est. vt faciam voluntate patris mei qui e
ps. 36 in celo. Hoc cibo delectemur: de quo ait p
pheta: Delectare in dno. Hoc cibo delectare:
qualis sit illa munda et intelligibilis me
tis delectatio. Edamus ergo panes sapien
cie: et saciemur in verbo dei: quia no in
Deut. 8. solo pane sed in omni verbo dei vita e ho
Job. 29 minis facti ad imagine dei. De populo
vero satis expresse dicit sanctus Job: Sicut
terra expectat pluuiam: sic et isti sermones
meos

Beniuolenciam in ecclesia materne. et earundem virtutum hominibus perseuerare :—

Augetur beniuolencia coetu ecclesie
fidei consorcio: initiandi societate: per
cipiende gracie: necessitudine. Myste
riorum communione. Hec enim etiam appella

ciones necessitudinum: reuerencia filiorum:
auctoritatem et pietatem patrum: germanitatem
fratrum sibi vendicant. Multum igitur ad
simulandam spectat beniuolencia necessi-
tudo gracie. Adiuuant eciam patrum studia vir-
tutum. Siquidem beniuolencia eciam morum facit
similitudinem. Denique Jonathas filius
regis imitabatur sancti Dauid mansue-
tudinem: propter quod diligebat eum. Unde et illud
Cum sancto sanctus eris: non solum ad conuer- ps. 17.
ti sacionem: sed eciam ad beniuolenciam decinan-
dum videtur. Nam vtique et filij Noe simul
habitabant: et non erat in his morum con-
cordia. Habitabat eciam in domo patris
Esau et Jacob: sed discrepabant. Non enim erat
beniuolencia inter eos: que sibi preferret al-
terum: sed magis contencio que priperet bene-
dictionem. Nam cum alter primus: alter man-
suetus esset: inter dispares mores: et stu-
dia conpugnancia beniuolencia esse non
poterat. Nichil autem tam sociabile: quam cum equitate
iusticia: que velit coequare et socia beniuole-

tiam facit: ut eos quos pares nobis cre
dimus diligamus Habet aut in se benivo
lencia etiā fortitudinē. Nam cū amici
tia ex benivolencie fonte procedat: nō du
bitat pro amico gravia vite sustinere peri
cula. Et si mala michi: inquit: evene
rint: per illum sustineo.

De fortitudine: quā sine iusticia virtutē nō esse manifestis declarat indicijs.

Satis copiose iusticie loco honesti natu
rā et vim tractavimus: Nunc de fortitudine
tractemus: que velut excelsior ceteris: dividi
tur in res bellicas et domesticas. Sed bel
licarū rerū studiū a nostro officio iam
alienum videtur: quia animi magis quā cor
poris officio intendimus: nec ad arma iā
spectat usus noster: sed ad pacis negocia.
Maiores aut nostri: ut Iesus Nave: Ie
roboal: Samson: David: summa rebus quoque

bellicis excellere gloria. Est itaque fortitudo velut excelsior ceteris: sed nunquam incomitata virtutis. Non enim se ipsa committit sibi: aliquin fortitudo sine iusticia: iniquitatis materia est. Quo enim validior est: eo promcior est: ut inferiorem deprimat. tamen in ipsis rebus bellicis iusta bella an iniusta sint: spectandum putetur. Nunquam David nisi lacessitus bellum intulit. Itaque prudencia fortitudinis comitem habuit in prelio. Nam et adversus Goliam immanem mole corporis virum: singulari certamine dimicaturus: arma quibus onerabatur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quam alienis integumentis innititur. Deinde eminus quo gravius feriret: ictu lapidis hoste interemit. postea nunquam nisi consulto domino bellum adorsus est. Ideo in omnibus victor bellis usque ad summam senectam manu promptus: bello adversum titanas suscepto: ferocibus bellator miscebatur agminibus: glorie cupidus: incuriosus salutis

Heb. 11. Sed non tñ sola bellica fortitudo ē: sed etiā
illorū gloriosam fortitudinē accipimus: qui
per fidem magnitudine animi obstruxerunt
leonum ora: extinxerunt virtute ignis: effu-
garunt acie gladij: conualuerunt de infirmi-
tate fortes: qui nō comitatu 7 legionibus
succincti: communē cū multis victoriā: sed
nuda virtute animi singularē de perfidis
retulerunt triumphū. Quā inexpugnabilis
daniel: qui circa latera sua rugientes nō
expauit leones. fremebant bestie: et ille
exultabatur.

Fortitudinē maxime in animo et contemptu rerum constare habendum.

Non igitur in viribus corporis 7 lacer-
tis tantummodo fortitudinis gloria ē: sed
magis in virtute animi. Neq̃ in inferen-
da sed depellenda iniuria lex virtutis
ē. Qui enī nō repellit a socio iniuriā
si pot: tam in vitio ē: q̃ ille qui facit.
Vn sanctus Moyses hic prius orsus ē ten-
tamenta bellice fortitudinis. Nā cū vidisset
Exo. 2. hebreū ab egiptio iniuria accipiente: defe-

dit ita ut egyptium sterneret: atque in are
na absconderet. Salomon quoque ait: Erui pverb. 24
re eum qui ducitur ad mortem. Unde igitur hoc vel
Tullius: vel etiam Panetius: aut ipse Aris
toteles transtulerit aptum est satis: quod etiam
hos dudum antiquitus dixerit Job: Salv Job. 29
um feci pauperem de manu potentis: et
pupillum cui adiutor non erat: adiuvi benedictio
perituri in me veniebat. Nonne hic for
tissimus: qui tam fortiter pertulit impe
tus diaboli: et vicit eum virtute mentis sue.
Neque vero de eius dubitandum fortitudine:
cum dicit dominus: Accinge sicut vir lumbos tuos. Job. 40
suscipe altitudinem et virtutem: omnem autem
iniuriosum humiliato. Apostolus quoque ait: Hebre: 6
Habemus fortissimam consolationem. Est ergo
fortis qui se in dolore aliquo consolatur. Et
revera iure ea fortitudo vocatur: quando
unusquisque seipsum vincit: iram continet: nul
lis illecebris emollitur atque inflectitur: non
adversis perturbatur: non extollitur secundis
et quasi vento quodam variarum rerum circumfertur
mutatione. Quid autem excelsius et magnifice

tius: quam exercere mentem: afficere carnem et in
servitutem redigere: ut obediat imperio: con
siliis obtemperet: ut in adeundis laboribus
impigre exequatur propositum animi ac volunta
tem. Hec igitur prima vis fortitudinis (quam
in duobus pene libris fortitudo spectatur animi)
Primo ut externa corporis quam minimi ha
beat: et quasi supplicia despicienda magis
quam expetenda ducat. Secundo: ut ea que sum
ma sint: omnesque res in quibus honestas et
illud decorum proponendum censentur: preclara
animi intentione usque ad effectum perse
quatur. Quid enim tam preclarum: quam ut ita
animum tuum informes: ut neque divitias: neque
voluptates: neque honores in maximis con
stituas: neque in his studium omne conferas.
Quod tu ita affectus animo fueris: neces
se est ut illud honestum ac decorum proponendum
putes: illique mente ita intendas tua: ut
quicquid acciderit quo frangi animi solent:
aut patrimonii amissio: aut honoris immi
nutio: aut obtrectatio infidelium: quasi superior

non sentias. Deinde ut te salutis ipsius
vexilla p iustitia sinistra dextra non moveat.
Hec vera fortitudo e: quam habet christi athle-
ta: qui nisi legitime certaverit non coro-
natur. An mediocre tibi videtur preceptum forti-
tudinis? Tribulatio patientiam operatur: Ro. 5
patientia probationem probatio vero spem. Vide
quot certamina: et una corona. Quod precep-
tum non dat: nisi qui e confortatus in christo
Jesu: cuius caro requiem non habeat: afflictio
undique: foris pugne: intus timores. Et qua 2. Corin. 7
ius in periculis: in laboribus plurimis: in
carceribus: in mortibus positus: animo
tamen non frangebatur: sed plurimabatur adeo ut
potentior suis fieret infirmitatibus. Ita
quam considera quemadmodum eos qui ad officia
ecclesie accedunt: despiciencia te in huma-
narum habere debeat. Si ergo mortui es- Col. 2.
tis cum christo ab elementis huius mundi:
quid ad huc velud viventes de hoc mundo
decernitis? Ne tetigeritis: ne attamina-
veritis: ne pertractaveritis: que sunt omnia

ad corruptelam ipso vsu. Et infra: Si er-
go conresurrexistis cum christo: que sursum
Col. 3 sunt querite. Et iterum: Mortificate ergo
membra vestra: que sunt super terram. Et hec
quidem ad hunc omnibus fidelibus. Tibi autem
fili contemptum diuitiarum prophanarum quoque
et anilium fabularum suadet declinationem:
1 Timothei 4 nihil permittens nisi quod te exerceat ad
pietatem: quia corporalis exercitatio modi-
ci rei vsui est: pietas autem ad omnia vtilis.
Exerceat ergo te pietas ad iusticiam: conti-
nentiam ad mansuetudinem: vt fugias iu-
uenilia opera: confirmatus et radicatus
in gratia: bonum fidei subeas certamen:
ne te implices negotiis secularibus: qui deo
militas. Etenim si is qui imperatori mi-
litat a susceptionibus ~~militat~~ litium: ac-
tu negotiorum forensium: venditione mer-
cium prohibetur humanis legibus: quanto ma-
gis qui fidei exercet militiam: ab omni
vsu negotiationis abstinere debet: agel-
ps. 36 li sui contentus fructibus si habet: si vero
habet: stipendiorum suorum fructu: Vnde

bonus testis e. qui dicit: Iuuenis fui et
senui: 7 non vidi iustum derelictum: nec semen
eius querens panem. Ea e enim tranquilli-
tas animi 7 temperantia: que neque studio
acquirendi afficitur: neque egestatis metu angitur.

Mala equanimiter toleranda: et interdum etiam declinanda..

Est etiam quedam vacuitas animi ab an-
goribus: vt neque in doloribus molliores
simus: neque in prosperis elatiores. Quod si
qui ad capessendam rempublicam adhortan-
tur aliquos: hec precepta dant quanto ma-
gis nos qui ad officium ecclesie vocamur:
talia debemus agere que placeat deo: vt 7
extendat in nobis virtus christi: 7 ita simus
nostro probati imperatori: vt membra nostra ar-
ma iusticie sint: arma non carnalia in
quibus peccatum regnet. sed arma fortia deo: qui-
bus peccatum destruatur. Moriatur caro nostra:
vt in ea omnis culpa moriatur. 7 quasi
ex mortuis viuentes: nouis resurgamus

operibus ac moribus. Nec sit plene
honesti et decori officij stipendia fortitudi-
nis. Sed quia in omnibus que agimus
non solum quid honestum, sed etiam quid pos-
sibile sit querimus: ne forte aggrediamur
aliquid quod non possimus exequi. Unde
nos tempore persecutionis de ciuitate in
ciuitatem cedere: immo ut ipso verbo utar
fugere vult dominus: ne temere aliquis
dum martirij desiderat gloriam. offerat se
periculis: que fortasse caro infirmior aut
remissior animus ferre ac tolerare non queat.

Quod prudencia magnum munimentum fortitudinis sit.

Nec rursus propter ignauiam cedere quis ac
deserere fidem debet: metu periculi. Una
gratia preparandus est animus exercenda
mens stabilienda ad constantiam ut nul-
lis conturbari animus possit terroribus nul-
lis frangi molestijs. nullis supplicijs ce-
dere. Que difficile quidem sustinentur. Sed quia
omnia supplicia grauiorum suppliciorum
vincuntur formidine. Ideo si consilio firmes

animum tuum: ne a ratione discedendum putes:
et proponas divini iudicii metum. perpetui suppli-
cii tormenta: potes animum subire tolerantia.
Hoc igitur diligentie est: ut quis se ita com-
paret. Illud ingenii: si quis potest vigore
mentis providere que futura sunt: et tamquam ante
oculos locare: quid possit accidere: et quid
agere debeat: si ita acciderit definire: in-
terdum duo et tria simul volvere: animoque
conijciat: aut singula aut coniuncta accide-
re posse: et aut singulis aut coniunctis dispo-
nere actus quos intelligat profuturos. For-
tis proprium est viri: non dissimulare cum aliquid immi-
neat: sed prevendere et tamquam explorare de spe-
cula quadam mentis: et obviare cogitatione pro-
inde ~~mentis~~ ceteris futuris: ne forte dicat
postea: Ideo ista incidi: quia non arbitra-
bar posse evenire. Denique nisi explo-
rentur adversa: cito opprimunt. Ut in bello
improvisus hostis vix sustinetur: et si im-
paratos invenerit facile opprimit: ita ani-
mum mala inexplorata plus frangunt. In

tus ergo duobus illa est animi excellen-
tia: ut primum animus sanus bonis exer-
citatus cogitationibus: mundo corde quod
Math. 5. verum et honestum est videat. Beati enim mundo
corde: quia ipsi pura ipsi etiam deum videbunt.
atque id quod honestum est solum bonum iudicet.
Deinde nullis perturbetur cogitationibus
nullis cupiditatibus fluctuet. Neque ve-
ro id quisque facile facit. Quid enim tam diffi-
cile: quam despicere tamquam ex arce aliqua
sapientie opes: aliaque omnia que plerisque vi-
dentur magna et precelsa. Deinde ut
iudicium tuum stabili ratione confirmes:
et que iudicaveris levia tamquam nihil pro-
futura contemnas. Deinde: si quid acci-
derit adversi: idque grave et acerbum putetur
ita feras: ut nihil preter naturam accidis-
Job. 1 se putes: cum legeris: Nudus sum natus
nudus exibo: que dominus dedit dominus abstulit:
et uxorem et filios amiserat et facultates: ser-
vesque in omnibus personam sapientis et iusti:

sicut ille seruauit qui ait: Sicut domino
ita factum est: sit nomen domini benedictum. Et infra:
Sicut vna insipiencium mulierum locuta es. Job. 2.
Si bona suscepimus de manu domini: que ma
la sunt non sustinebimus:

Virtutem bellicam nostris etiam non insitatam.

Sed fortasse aliquos bellica defixos gloria
tenet: ut putet solam esse preliale fortitu
dinem: ⁊ ideo me ad ista deflexisse: quia illa
nostris deforet. Quam fortis Jesus naue:
ut uno prelio quinque reges captos sterneret cum
populis suis? Deinde cum aduersus gabao Josue.
nitas surgeret prelium: vereretur ne nox im 10.
pediret victoriam: magnitudine mentis et
fidei clamauit: Stet sol: ⁊ stetit sol: donec
victoria consumaretur. Gedeon in trecentis vi Judic.
ris de ingenti populo ⁊ acerbo hoste reuexit 7. 1. reg
triumphum. Jonathas adolescens virtutem fecit 14.
in magno prelio. Quid de machabeis loquar.
Sed prius dicam de populo patrum: qui cum essent 1. Mach
parati ad repugnandum pro templo dei: ⁊ pro 6.

legitimus suis: dolo hostium die lacessiti
sabathi: maluerunt vulneribus offere nuda
corpora quam repugnare: ne violaret sabatum.
Itaque omnes leti se opiderunt morti. Sed mach
abei considerantes quod hoc exemplo gens omnis pos
set perire: sabbato etiam cum ipsi in bellum provoca
rentur: ulti sunt innocentium necem suorum priorum.
Unde postea stimulatus rex Antiochus: cum bel
lum accenderet per duces suos Lysiam: Nica
tore: Gorgia: ita cum orientalibus suis et assyriis
attritus est copiis ut quadraginta et octo milia
in medio campi a tribus milibus prosternerent.
Virtute ducis Iude machabei de uno eius
milite considerate. Nam eleazarus cum supemi
nente ceteris elephante lorica vestitum regia
adverteret: arbitratus quod in eo esset rex: cur
su concito in medium legionis se cripuit: et
subiecto clypeo utraque manu interficiebat
bestiam: atque intravit sub eam: et subiecto gla
dio interemit eam. Itaque cadens bestia oppressit
Eleazarum: atque ita mortuus est. Quanta igitur

virtutis animi: primo ut morte non timeret.
deinde ut circumfusis legionibus inimicorum:
inconfertos caperet hostes: medium penetra
ret agmen: et contempta morte ferocior: abiec
to clypeo: utraque manu vulnerate mole bestie
subiret ac sustineret: post intra ipsam succede
ret: quo pleniori feriret ictu: cuius ruina in
clusus magis quam oppressus: suo est sepultus triun
pho. Nec fefellit eximio virum: animus regius
fefellerat habitus. Tanto enim virtutis spec
taculo defixi hostes: inermem occupatum in
cursare non ausi: post casum ruentis bestie
sic trepidaverunt: ut impares se omnes unius
virtuti arbitrarentur. Denique rex Antiochus: Al. Ly
qui cum centum viginti milibus hominum ar sie filius
matis venerat: et cum triginta duobus ele
phantis: ita ut ab ortu solis per singulas
bestias velut montes quidam armorum corusco
tamquam lampadibus ardentibus refulgeret: unius
territus fortitudine pacem rogaret. Itaque Ele
azarus heredem virtutis sue pacem reliquit

Sed hec triumphatorium sint

fortitudinē nō solū in vincēdo: sed etiā plus in tolerandis constare.

Verum quia fortitudo nō solum secundis rebus: sed etiā adversis probatur. spectemus

Jude machabei exitū. Is eni post victum
1. machab. 9. Nicanore regis Demetrij duce: securior adversus viginti milia exercitus regis:
cū nongentis viris bellū adorsus: volē
tibus his cedere ne multitudine oppri
meretur: gloriosam magis mortē q̄ turpē
fugā suasit: Ne tamē inquit nostre relin
quamus glorie. Itaq̄ commisso prelio: cū a pri
mo ortu diei in vesperā dimicaretur: dextrum
cornu in quo validissimā manū adverterat:
hostiū aggressus facile avertit. Sed dum
fugientes sequitur: a tergo vulneri locū p
buit: Itaq̄ gloriosiore triumphis locū mor
tis invenit. Quid Jonathā fratrem eius

attollam: qui cum parua manu aduersus
exercitus regios pugnans: desertus a suis
et cum duobus tantum relictus reparauit bellum:
auertit hostem: fugitantes suos ad societa
tem reuocauit triumphi. Habes fortitudinem
bellicam: in qua non mediocris honesti
ac decori forma est: quod mortem seruituti pre
ferat ac turpitudini. Quid autem de mar 2. Mac 7.
tirum dicam passionibus? Et ne longius
vagemur: num minore de superbo rege
Antiocho machabei pueri reuerterunt
triumpho: quam parentes proprii. Siquidem illi ar
mati: isti sine armis vicerunt. Stetit in
victa septem puerorum cohors: regiis cincta
legionibus: defecerunt supplicia: cesserunt tor
tores: non defecerunt martyres. Alius corium
capitis exutus: speciem mutauerat: virtutem
auxerat. Alius linguam iussus amputandam
promere: respondit: Non solos dominus audit loquentes:
qui audiebat Moysen tacentem. Plus audit ta
citas cogitationes suorum: quam voces omnium.

Lingue flagellum times: flagellum non times
sanguinis? Habet et sanguis vocem suam: qua
clamat ad deum sicut clamauit in Abel. Quid
de matre loquar: que spectabat leta filiorum: quot
funera tot trophea: et morientium vocibus tanquam
psallentium cantibus delectabatur: pulcherri-
mam ventris sui citharam in suis filijs cer-
nens: et pietatis harmoniam omni lyre nu-
mero dulciorem? Quid de humilibus loquar:
qui ante palmam victorie acceperunt: quam sensum
nature? Quid de sancta Agne: que in duarum
magnarum rerum posita periculo: castita-
tis et salutis: castitatem protexit: salutem cum immor-
talitate commutauit? Non pretereamus etiam sanc-
tum Laurentium: qui cum videret Sixtum episco-
pum ad martyrium duci: flere cepit: non pas-
sione illius sed sua remansione. Itaque his ver-
bis appellare cepit: Quo progrederis sine filio
pater? Quo sacerdos sancte sine diacono properas?
Tu nunquam sacrificium sine ministro offerre con-
sueras. Quid in me ergo displicuit pater?

Num degenerem probasti? Experire certe: utrum
idoneum ministrum elegeris. Cui comisisti do-
minici sanguinis consecratione: cui consumman-
dorum consortium sacramentorum: huic consortium
tui sanguinis negas. Vide ne periclitetur
iudicium tuum: dum fortitudo laudatur. Abiectio dis-
cipuli: detrimentum est magistri. Quid quod illustres
et prestantes viri discipulorum certaminibus
quam suis vincunt? Denique Abraam filium obtulit:
Petrus Stephanum premisit: Et tu pater ostende
in filio virtutem tuam: offer quem erudisti: ut se-
curus iudicio tuo comitatu nobili pervenias ad
coronam. Tunc Sixtus ait: Non ego te fili de-reli-
quo ac desero: sed maiora tibi debentur certamina.
Nos quasi senes levioris pugne cursum recipi-
mus: te quasi iuvenem manet gloriosior de ty-
ranno triumphus. Mox venies: flere desiste:
post triduum sequeris. Inter sacerdotem et levitam
hic medius numerus decet. Non erat tuum sub
magistro vincere: quasi adiutorem quereres. Quid
consortium passionis mee expetis? Totam tibi
hereditatem eius dimitto. Quid presentiam meam

requiris. Infirmi discipuli magistrum pre-
cedunt: fortes sequantur: ut vincat sine ma-
gistro: qui iam non indiget magisterio. Sic
⁊ Helias Heliseum reliquit. Tibi ergo com-
mendo mee virtutis successionem. Talis
erat contencio: digna sane: de qua certa-
ret sacerdos ⁊ minister: quis prior pate-
retur pro christi nomine. In fabulis ferunt tra-
gicis: excitatos theatri magnos esse plau-
sus: cum se Pilades Orestem diceret: Orestes
(ut erat) Orestem se esse asseveraret: ille ut
pro Oreste necaretur: Orestes ne Piladem
pro se pateretur necari. Sed illis non lice-
bat vivere: quod uterque esset parricidii reus:
alter qui fecisset: alter qui adiuvisset. Hic
Laurentium sanctum ad hoc nullus urgebat
nisi amor devotionis: tamen ⁊ ipse post tridu-
um: cum illuso tyranno impositus super cra-
ticulam exureretur. Assum est inquit:
versa ⁊ manduca. Ita animi virtute
vincebat ignis naturam.

Potestates nō irritādas: et adulato-
ribus non attendendum.

Cauendum etiam reor: ne dū aliqui ni-
mia glorie ducuntur cupiditate: insolentius
abutantur potestatibus: et plerumque auer-
sos a nobis animos gentilium in studia per-
secutionis excitent atque inflāment ad iracun-
diam. Itaque ut illi perseuerare possint et sup-
plicia vincere: quantos perire faciunt. Pro-
spiciendū etiā: ne adulantibus aperiamus
aurē. Emolliri enim adulatione: nō solum
fortitudinis nō esse: sed etiā ignauie videtur.

De tēperancia et eius partibus:

Quoniam de tribus virtutibus diximus:
restat ut de quarta virtute dicamus: que tēperā-
tia ac modestia vocatur. In qua maxime tran-
quillitas animi: studiū mansuetudinis:
moderationis gratia: honestatis cura: decoris
cōsideratio spectatur et queritur. Ordo igitur qui-
dam vite nobis tenendus est: ut a verecun-
dia prima quedam fundamēta ducantur:

que socia ac familiaris est: mentis placidi
tati contumaciam fugitans: ab omni aliena
luxu: sobrietatem diligit: honestatem fovet. de
corum illud requirit. Sequatur conversationis
electio: ut adiungamur probatissimis quibusque
senioribus. Nam ut equalium usus dulcior: ita
senum tutior: qui magisterio quodam et ductu
vite colorat mores adolescentium: et velut mu
rice probitatis inficit. Nam si hi qui sunt ig
nari locorum: cum solertibus viarum iter adoriri
gestiunt: quanto magis adolescentes cum seni
bus debent novum sibi iter vite aggredi: quo
minus errare possint: et a vero tramite vir
tutis deflectere? Nihil enim pulchrius: quam
eosdem et magistros vite et testes habere. Que
rendum est etiam in omni actu: quid personis: tem
poribus conveniat atque etatibus: quid etiam
singulorum ingeniis sit accomodum. Sepe
enim quod alterum decet: alterum non decet. Ali
ud iuveni aptum: aliud seni: aliud in periculis:
aliud in rebus secundis. Saltavit ante arcam

dux David: non saltauit Samuel. Nec
ideo ille reprehensus: sed magis iste laudatus.
Mutauit vultum coram rege: cui nomen Ach- 1. reg.
is. At hoc si fecisset remota formidine quo 21.
minime cognosceretur: nequaquam leuitatis
reprehensione carere potuisset. Saul quoque
vallatus choro prophetarum: etiam ipse prophetauit: 1. reg.
et de solo quasi indigno memoratum 10.
est: Et saul inter prophetas.

Officio sibi congruo quemque studere debere.

Unusquisque igitur suum ingenium suum no-
uerit: et ad id se applicet quod sibi aptum
elegerit. Itaque quid sequitur prius consideret.
Non solum nouerit bona sua: sed etiam uitia
cognoscat: equalem se iudicem suum prebeat: ut
bonis intendat: uitia declinet. Alius
distinguende lectione aptior: alius psal-
mo gratior: alius exorcizandis qui malo
laborant spiritu sollicitior: alius sacrario
opportunior habetur. Hec omnia spectet sacer-

dos: et quid cuique conveniat id officii depu
tet. Ratio etenim unumquemque suum ducit in
genium: aut quod officium deceat id ma
iore implet gratia. Sed id cum in omni vita
difficile sit: tum in nostro actu difficillimum
est. Amat enim unusquisque sequi vitam paren
tum. Denique plerique ad militiam feruntur:
quorum militaverunt parentes: alii ad actiones
diversas. In ecclesiastico vero officio nihil
invenias rarius: quam eum qui sequatur insti
tutum patris: vel quia graves deterreat actus:
vel quia in lubrica etate difficilior absti
nentia: vel quia alacri adolescentie vide
tur vita obscurior: et ideo ad ea convertuntur stu
dia: que plausibiliora arbitrantur. Presentia
quippe plures quam futura preferunt. Illi autem
presentibus: nos futuris militamus. Un
de quo prestantior causa: eo debet cura esse attentior.

De pulchro et honesto:

Teneamus igitur verecundiam: et eam

que totius vite ornatum attollit modes-
tia. Non enim mediocre est rebus singulis mo-
dum servare atque impartiri ordinem: in quo
vere splendet illud quod decorum dicitur: quod
ita cum honesto iungitur ut separari non
queat. Siquidem et quod decet: honestum est:
et quod honestum decet. Ut magis in sermo-
ne distinctio sit: quia in virtute discretio.
Differre enim ea inter se intelligi potest: ex-
plicari non potest. Et ut commemorem aliquid erue-
re distinctionis: honestas velut bona vali-
tudo est: et quedam salubritas corporis: decus
autem tanquam venustas et pulchritudo. Sicut
ergo pulchritudo super salubritatem ac valitu-
dinem videtur excellere: et tamen sine his esse non
potest neque ullo separari modo quoniam nisi bona va-
litudo sit: pulchritudo esse ac venustas non potest:
sic honestas decorum illud in se continet: ut
ab ea perfectum videatur: et sine ea esse non possit.
Velut salubritas igitur totius operis ac-
tionisque huius honestas est: et sicut species est

decorum: quod cum honestate conjunctum opi-
nione distinguitur. Nam et si in aliis videatur
excellere: tamen in radice est honestatis: sed flore
decipuo: ut sine ea decidat: in ea floreat.
Quid enim est honestas: nisi quod turpitudine
quasi morte fugiat. Quid vero inhonestum:
nisi quod ariditate ac morte afferat. Vi-
rente igitur substantia virtutibus: decorum
illud tamquam flos emicat: quia radix salua est.
At vero propositi non radice viciosa: nihil
Ps. 92. germinat. Habes hoc in nostris aliquanto ex-
Ro. 13. pressius. Dicit enim David: Dominus regnavit
decore indutus est. Et Apostolus ait: Sicut in
die: honeste ambulate. Quod grece dicitur
ευσχημόνως. Hoc autem precessit bono habi-
tu bona specie. Deus ergo primum hominem
cum conderet: bona habitudine bona membrorum
compositione formavit: et optimam eis speciem de-
dit: remissione non dederat peccatorum: sed pos-
tea quam renovavit eum spiritu: et infudit ei gratiam

qui venerat in servi forma et in horis specie: assumpsit decorem redemptionis humane. Et ideo dicit propheta: Dominus regnavit decorem induit. Dehinc alibi dicit: Te decet hymnus deus in syon. Hoc est dicere: Honestum est: ut te timeamus te diligamus te veneremur te honorificemus. Scriptum est enim: Omnia vestra honeste fiant. Sed possumus et hominem timere diligere rogare honorare. Hymnus specialiter deo datur. Hoc tamquam excellentiori ceteris credere est decorum: quod deferimus deo. Ps. 64. 1 Corinth. 14

Mulierem quoque in habitu ornato orare convenit: sed specialiter eam decet orare velatam: et orare promittentem castitatem cum bona conversatione. 1 Timoth. 2

De tribus generibus hominum iniurias accipientium: et quod perfectio etiam hic quodammodo sit imperfecta.

Sed quia supra: ut oportebat: perstrinximus: quemadmodum unusquisque cavere possit ne excitetur accepta iniuria. verentes ne sermo prolixior fieret: nunc de eo uberius disputandum arbitror. Locus enim opportunus

est: ut in partibus temperantie dicamus:
quemadmodum reprimatur iracundia. Tria ita-
que genera esse hominum iniuriam accipientium:
instructi verbis divinis demonstrare volumus
si possimus. Unum est eorum quibus peccator
insultat: convitiatur iniquitate. At his quibus
deest iusticia: pudor crescit: augetur dolor.
Horum similes plurimi de meo ordine:
de meo numero. Nam mihi infirmo si quis
iniuriam facit forsitan: licet infirmus: do-
leo iniuria mea. Si crimen obiciat: non
sum tantus: ut sim contentus conscientia
mea: etiam si me eius obiectionibus alienum
noverim: sed cupio abluere ingenui pu-
doris nota tanquam infirmus. Ergo ocu-
Deute: 19. lum pro oculo et dente pro dente exigo: et
convitium convitio rependo. Si vero is sum
qui proficio: et si non dum perfectus: non
retorqueo contumeliam et si influat ille con-
vitium: et inundet aures meas contumeliis:
ego taceo: et nihil respondeo. Si vero per-

fectus sim (verbi gratia loquar) in verita
te infirmus sum. Si ergo perfectus sum:
benedico maledicentem: sicut benedicebat et Pau
lus: qui ait: Maledicimur et benedicimus. 1. Corinth. 4.
Audierat enim dicentem: Diligite inimicos Matthei. 5
vestros: orate pro calumniantibus et persequenti
bus vos. Ideo et Paulus persecutionem patie
batur et sustinebat: quia vincebat et miti
gabat humanum affectum: proposite mercedis
gratia: ut filius dei fieret: si dilexisset
inimicum. Tum et sanctum David in hoc quoque
genere virtutis imparem Paulo non fuisse 2. reg. 16.
edocere possumus: Qui primo quidem cum male
diceret ei filius Semei: et crimina obijceret:
tacebat et humiliabatur: et silebat a bonis su
is: hoc est: bonorum operum conscientia: deinde
expetebat malediciti sibi: quia maledicto illo
divinam exquirebat misericordiam. Vide autem
quo humilitate et iustitia et prudentiam
emerende a domino fere reservaverit. Primo
dicit: Ideo maledicit mihi: quia dominus dixit

illi: ut maledicat. Habes humilitatem: quia
ea que diuinitus imperabantur: equani-
miter quasi seruilia ferenda arbitraba-
tur. Iterum dicit: Ecce filius meus qui e-
iuit de ventre meo querit animam meam.
Habes iusticiam. Si enim a meis grauiora
patimur: cur indigne ferimus que inferun-
tur ab alienis. Tercio ait: Dimitte illum
ut maledicat: quia dixit illi deus ut videat
humiliacionem meam: et retribuet mihi deus
pro maledicto hoc. Nec iam solum conuiciantem
pertulit: sed etiam lapidantem et sequentem: illesum
reliquid: quem etiam post victoriam petenti
veniam libenter ignouit. Quod eo inserui:
ut euangelico spiritu sanctum Dauid non solum
inoffensum: sed etiam gratum fuisse conuiciati
docerem: et delectatum potius quam exasperatum in-
iuriis: pro quibus mercedem sibi reddendam ar-
bitrabatur. Sed tamen quamuis perfectus: adhuc
perfectiora querebat. Inualescebat iniurie do-
lore quasi homo: sed vincebat spiritu: quasi

bonus miles. Tolerabat quasi athleta
fortis: paciencie aut finis promissorum
expectacio: et ideo dicebat. Notum fac michi
domine finem meum. et numerum dierum meorum. ps 38.
quis est: ut sciam quid desit michi. Finem illum
querit promissorum celestium: vel illum quo unus 1 Corinth. 15.
quisque surget in suo ordine: primicie chr
istus: deinde hii qui sunt christi: qui in adven
tu eius crediderunt: deinde finis. Tradito
enim regno deo et patri: et euacuatis omnibus
potestatibus: ut Apostolus dicit: perfectio inci
pit. Hic ergo impedimentum: hic infirmi
tas etiam perfectorum: illic plena perfectio. Ideo
et dies illos requirit vite eterne qui sunt: non
qui preterierunt: ut cognoscat quid sibi desit
que terra sit repromissionis: perfectiones fru
ctuosas ferens: quia prima apud patrem man
sio: que secunda: que tercia: in quibus pro racione
meritorum unusquisque ~~meritorum~~ requiescit.
Illa ergo nobis expectanda: in quibus perfectio.

in quibus veritas est. Hic umbra: hic imago: illic veritas. Umbra in lege: imago in evangelio: veritas in celestibus. Ante agnus offerebatur: offerebatur vitulus: nunc christus offertur: sed offertur quasi homo: quasi recipiens passionem: et offert seipsum quasi sacerdos: ut peccata nostra dimittat. Hic in imagine: ibi in veritate: ubi apud patrem pro nobis quasi advocatus intervenerit. Hic ergo in imagine ambulamus: in imagine videmus: illic facie ad faciem: ubi plena perfectio: quia perfectio omnis in veritate est.

Quod officiorum gratia ministros altaris mercede deceat: quod testimonio leuitici cetus probatur.

Quod si evangelio duce etiam populus iure ad desideria operum informatus atque institutus est: quanto magis nobis levitas oportet terrenis non teneri cupiditatibus: quorum deus portio est. Nam cum divideretur a Moyse possessio terrena priori populo:

excepit leuitas dominus a terrene possessionis
consortio: quod ipse illis esset funiculus heredi ps. 15:
tatis. Unde ait Dauid: dominus pars hereditatis
mee et calicis mei. Denique sic appellabatur
leuita: ipse meus: vel ipse pro me. Magnum
ergo munus eius: ut de eo dominus dicat: ipse
meus. Vel quemadmodum Petro dixit de statere
in ore piscis recepto: Dabis eis pro me et pro te.
Unde et Apostolus cum episcopum dixisset debere esse Mathei
sobrium: pudicum: ornatum: hospitalem: docibilem: 17. 1. Ti
non audacem: non litigiosum: domum suam bene pre motheum 3.
positum: addidit: diaconos similiter oportet esse
graues: non bilingues: non multo vino deditos:
non turpe lucrum sectantes: habentes mysterium
fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur
primum: ut sic ministrent: nullum crimen
habentes. Aduertimus quanta in nobis
requirantur: ut abstinens sit a vino minis
ter domini: ut testimonio bono fulciatur: non
solum fidelium: sed etiam ab his qui foris sunt. De
cet enim actuum operumque nostrorum testem esse

publica existimatione et attestacionem:
ne de corpore ministerii murmuretur qui vidit minis-
trum altaris congruis ornatum virtutibus:
auctorem predicet: et dominum veneretur: qui tales
servulos habeat. Laus enim domini est obtrunda
possessio: et innocens familie disciplina. De
castimonia autem quid loquar: que semper tam-
nec repetita permittitur copula? Et in ipso
primo coniugio lex est: non iterare coniugium: nec se-
cunde coniugis sortiri coniuctionem. Quod
plerisque mirum videtur: cur etiam ante baptis-
mum iterato coniugio ad electionem muneris et
ordinationis prerogativam impedimenta gene-
rentur: cum etiam delicta obesse non soleant:
si lavacri remissa fuerint sacramento. Sed
intelligere debemus: quia in baptismo cul-
pa dimitti potest: lex aboleri non potest. In con-
iugio non culpa sed lex est. Quod culpe est
igitur in baptismate relaxatur: quod legis
est: in coniugio non solvitur. Quomodo autem potest
hortator esse viduitatis: qui ipse coniugia fre-

quetauierit.' In offensū aut exhibendū et
immaculatū ministeriū: nec vllo coniugali co
itu violandū cognoscitis: qui integro corpo
re: incircumspto pudore: alieni etiā ab ipso
consortio coniugali: sacri ministerij gratiā
recepistis. Quod eo nō pterij: quia in plerisqȝ
abditioribus locis cū ministerium gereret: vel
etiā sacerdotū filios susceperint: et id tanqȝ
vsu veteri defendunt: qui per interualla dierū
sacrificiū deferebatur: et tn̄ castificabat etiā
populus p biduū aut per triduū ut ad sacri
ficiū purius accederet. vt in veteri testame
nto legimus. Et lauabat vestimēta sua. Si Exo. 19.
in figura tanta obseruatia: quāta in veri
tate.' Disce sacerdos atqȝ leuita: quid sit laua
re vestimēta tua: vt mundū corpus celebran
di exhibeas sacramentis. Si populus sine ab
lutione vestimetorū suorū phibebatur accede
re ad hostiā suā: tu illotꝭ mente pariter et corpo
re: audes pro alijs supplicare: audes pro alijs mi
nistrare.' Nō mediocre officiū leuitarū de quibus

Numeri 3.

dns dicit. Ecce eligo leuitas de medio filiorum
israhel pro omni primogenito aperiente vul-
uam in filiis israhel: redemptiones eorum erunt
michi leuite. Michi enim sanctificaui primogeni-
tum in terra egipti. Cognouimus: quia non
inter ceteros leuite computantur: sed omnibus
preferuntur: qui eliguntur ex omnibus & sancti-
ficantur ut primogenita fructuum atque primi-
tie que deo deputantur: in quibus est uotorum
solutio: & redemptio peccatorum. No accipies ingt
eos inter filios israhel: et constitues leuitas
sup tabernaculum testimonij: & super omnia
vasa eius astatare: & super quecumque sunt in ipso.
Ipsi tollant tabernaculum: & omnia vasa eius: & ipsi
ministret in eo: & in circuitu tabernaculi cas-
tra ipsi constituant: & promouendo tabernaculum
ipsi deponant leuite: & constituendo castra: circum
ipsum tabernaculum ipsi statuant. Alienigena
quicumque accesserit: morte moriatur. Ergo
electus ex omni numero israhel inter sacros
fructus quasi primogenitus estimatur: proposi-

tis tabernaculo: ut tendas in castris sanc
titatis 7 fidei: ad quem si alienigena accesserit
morte morietur: positus ut aperias arcam
testamenti. Non enim omnes vident alta
misteriorum: quia operiuntur a levitis ne
videant qui videre non debent 7 sumant
qui servare non possunt. Moyses denique circumci
sione vidit spiritalem: sed operuit eam ut in
signo circumcisionis praescriberet. Vidit et
azima sinceritatis 7 veritatis: vidit passi
onem domini: operuit azimis corporalibus azima
veritatis: operuit passione domini agni vel vitu
li immolatione: 7 boni levite servaverunt myst
erium fidei sue sub suo tegmine: 7 tu medio
cre putas: quod commissum est tibi. Primum ut
alta dei videas: quod est sapientie: deinde ut ex
cubias pro populo deferas: quod est iustitie: cas
tra defendas: tabernaculumque tuearis: quod
est fortitudinis: teipsum continentem ac sobrium
prestes: quod est temperantie. Has virtutum ge
nera principalia constituerunt etiam hi qui foris

sed: sed caritatis superiore ordine quia sapien
tie iudicauerint: cum sapientia fundamen
1. Corinth. 3. tum sit: iustitia operis sit: quod nec recte non
pot nisi fundamentum habeat: fundamen
Ecc. 1. tum autem christus est. Prima ergo fides: que est
Deu: 6. sapientie: ut Salomon dicit: scriptum pa
tre. Initium sapientie timor domini. Et lex dicit.
Diliges dominum deum tuum: diliges proximum tuum.
Pulchrum est igitur: ut gratia tua atque offi
tia in societatem humani generis conferas.
Sed primum illud decorum est ut quod habes
pretiosissimum: hoc est mentem tuam (quia nihil
habes prestantius) deo deputes. Cum
solueris auctori debitum: licet ut opera tua
in beneficentiam et adiumenta hominum conferas:
atque ope feras necessitatibus: aut pecu
nia: aut officio: aut etiam quocumque mune
re: quod late patet in hoc ministerio:
Pecunia: ut subuenias: debito obligatum
liberes. Officio: ut seruanda suscipias

que meruit suscipere amittere: q depo
sita reddidit. Officium est igitur depositum
servare ac reddere. Sed interdum commu
tatio fit aut tempore aut necessitate
ut non sit officium reddere quod acceperis.
Ut si quis contra patriam opem barbaris fe
rens pecuniam apud te hostibus deposcat: aut
si ei reddas cum assit qui extorqueat: si fu
renti restituas cum servare non queat: si
insanienti gladium depositum non neges quo
se ille interimat: nonne solvisse contra
officium est? Si furto quesita sciens suscepi
alias ut fraudetur qui amiserat: nonne
contra officium est? Est etiam contra offi
cium nonnumquam solvere promissum: sacramen
tum custodire: ut Herodes: qui iuravit Math 14
quod quicquid petitus esset daret filie He
rodiadis: et necem Johannis prestitit ne Judic 11
promissum negaret. Nam de Jepte quid dicam
qui immolavit filiam suam: que sibi victori pri

na occurrerat: quo votum impleret quod
spoponderat: ut quicquid sibi primum occur-
risset offerret deo. Melius fuerat nihil
tale promittere: quam promissum parricidio
solvere. Nec quanti consilii sit perspicere:
non ignoratis. Et ideo eligatur levita: qui
sacrarium custodiat: ne fallatur consiliis:
ne fidem deserat: ne mortem timeat: ne quid
intemperantius gerat: ut specie ipsa gra-
vitatem preferat: nec solum animum: sed etiam
oculos continentes habere debeat: ne
vel ipse fronte subiectaris fortuitus vio-
Math. 5. let occursus. Qui enim viderit mulierem
ad concupiscendum eam: adulteravit eam
in corde suo. Ita adulterium non solum facti
colluvione: sed etiam aspectus intentione
committitur. Magna haec videntur ac
nimis severa: sed in magno munere
non superflua: quia tanta est levitarum gra-

cia: ut de hiis Moyses in benedictionibus: Deute: 33.
Date levi viros eius. date levi manifes
tos eius: date Levi sorte suffragiis sui
et veritates eius viro sancto: que temp
tauerunt in temptacionibus: maledixerunt
super aqua contradictionis. Levi dicit patri
suo et matri sue: non novi te: et fratres suos
non cognovit: et filios suos abdicavit.
Hic custodiat verba tua et testamentum tuum
observabit. Illi ergo veri eius et mani
festi eius: qui nichil in corde doli habeat:
nichil fraudis occultent: sed verba eius custo
diant: et in corde suo conferat: sicut con
ferebat et Maria: qui suos parentes of
ficio suo non noverunt preferendos: qui
violatores oderint castitatis: pudicitie vl
ciscantur iniuriam: noverint officiorum
tempora: quid maius quid minus sit: quid cuique
aptum sit tempori: et ut id solum sequantur quod
honestum est. Sane ubi duo honesta: id quod

honeſtius e: ꝓponendu͂ videt. Hi iure benedicti. Si quis ergo manifeſtet iuſticias dei & intenſu͂ poriat: benedic dn͂e virtute͂ ipſius: opera manuu͂ eius ſuſcipe: ut gratia͂ ꝓphetice benedictionis inveniat apud eu͂ q͂ vivit & regnat i ſecula ſeculoꝝ A.

:2:

Honeſtate vitam acquiri beatam.

Superiore libro de officijs tractavimus: que convenire honeſtati arbitrabamur: i qua vita͂ beata͂ poſita͂ eſſe nemine dubitabamus: qua͂ ſcriptura appellat vitam eterna͂. Tantus enim ſplendor honeſtatis e: ut vita͂ beata͂ efficiat: tranquillitas conſcientie & ſecuritas innocentie. Et ideo ſicut exortus ſol: lune globu͂ & cetera ſtellaru͂ abſcondit lumina: ita fulgor honeſtatis: ubi vero & incorrupto vibrat decore: cetera que putantur bona ſecundu͂ voluptate͂ corporis: aut ſm ſeculu͂ clara

Ex ſcdo libro Offitioꝝ
B. Ambroſij

et illustria: obumbrat. Beata plane: que
non alienis estimatrix indiciis: sed domes
ticos percipitur sensibus: tamquam sui iudex.
Neque enim populares opiniones pro merce
de aliqua requirit: neque pro supplicio pa
uet. Itaque quo minus sequitur gloriam
eo magis super ea eminet. Nam qui glori
am requirunt: hii iam mercedes presentium: um
bra futurorum est: que impediat vitam eternam:
quod in euangelio scriptum est: Amen dico Mathei:
vobis: receperunt ~~mercedem~~ suam. de hiis stili 6.
cet qui velint tuba canendo vulgare libe
ralitatem suam quam faciunt circa pauperes
gestiunt. Similiter et de ieiunio quod oste
tationis causa faciunt. Habet inquit mer
cedem suam. Honestatis igitur est vel mise
ricordiam facere vel ieiunium deferre in
abscondito: ut mercedem videaris a solo deo
tuo querere: non etiam ab hominibus. Nam
qui ab hominibus querit: habet mercedem suam:

qui aut a deo habet vitā eternā: quā
prestare nō pot nisi auctor eternita=
Luce: 23: tis: sicut illud e. Amē dico ti: hodie
mecū eris in paradiso. Vn expressius
scriptura vitā eternā appellauit eam q̄
sic sit beata: ut nō hoim opinionibus
estimanda relinqueretur: sed diuino
iudicio committeretur.

Beatitudinē doloribus et necessi=
tatibus adipisci: exempla de patrib9.

Est ergo beatitudo & in doloribus: quos
plena suauitatis virtus exprimit & coer=
cet ipsa sibi domesticis operibus abundans:
vel ad conscientiā vel ad gratiā. Neqz enī
parū beatus Moyses: cū egiptiorū valla=
tus populis & mari clausus: p fluctus
sibi & populo patrū pedestre via pijs me=
ritis inuenisset. Quādo aut fortior: q̄
tūc erat Moyses cū extremis circumsept9

periculis: nō desperabat salutē: sed exige
bat tempus. Quid Aaron: quando se bea
tiore credidit: quam tunc quando medius stetit in
ter vivos et mortuos: et obiectu sui statuit
mortē: ne ad vivorum transiret agmina a
cadaveribus mortuorum. Quid de puero
Daniele loquar: qui tam sapiens erat ut
inter leones fame exasperatos: nulla bes
tialis sevicie formidine frangeretur. Ita
alienus a metu ut posset epulari: nec
vereretur ne ad pastum exemplo sui feras
provocaret. Est ergo et in dolore virtutis: que
sibi bone suavitatem exhibeat conscientie:
et ideo inditio est quod nō minuat dolor
virtutis voluptatem. Sicut ergo nulla vir
tuti decessio beatitudinis per dolorem: ita etiam
nulla accessio per voluptatem corporis: aut
commodorum gratia. De quibus pulchre a
postolus ait: Que mihi lucra fuerunt: hec Phil. 3
duxi propter christum detrimenta esse: Et addi
dit: Propter quem omnia duxi damna: et esti
mo ut stercora. ut christum lucrifaciam. De

Heb. 11: nisi moyses dampnum suum credidit thesau
ros esse egipciorum: et opprobrium dominice cru
cis pretulit nec tunc diues cum abundaret pe
cunia: nec postea pauper cum egeret alimen
to: nisi forte tunc minus beatus videretur
fuisse: cum in deserto cotidiana alimonia
sibi et populo suo deesse foret. Sed quod sum
mi boni ac beatitudinis nemo negare au
deat: manna ei. hoc est panis angelorum
ministrabatur e celo: carnes quoque cotidi
ana delicia tocius plebis exulis redun
dabant. Helie quoque sancto panis ad vic
tum deerat: si quereretur: sed non videbatur
deesse: quia non querebatur. Itaque diurno cor
uorum obsequio: mane panis: caro ad ves
peram deferebatur. Numquid ideo minus beatus
qui pauper erat sibi? Minime. Immo eo
magis beatus: quia deo diues. Alijs enim
quam sibi diuitem esse prestat: ut iste erat qui in tem
pore famis cibum a vidua petebat: largi
torius ei: ut hydria farine per triennium

et ſex menſes nō deficeret: et per quo-
tidianos uſus olei vas vidue moxque ſuf-
ficeret ac miniſtraret. Merito ibi vole-
bat Petrus eſſe: vbi iſtos videbat. Me-
rito in monte: cū xpo in gloria appa-
ruerunt: quia et ipſe pauper factus eſt: cum
dives eſſet. Nullum ergo adminiculum
preſtant divitie ad vitam beatā. Quod
evidenter dominus in evangelio demon-
ſtravit dicens: Beati pauperes: quia vestrum eſt regnum dei. Beati qui nunc eſuri- Luce: 6.
unt et ſitiunt iuſticiā: quia ipſi ſaturabun-
tur. Beati qui nunc fletis: quia ridebi-
tis. Itaque paupertate: fame: dolore: que pu-
tantur mala: nō ſolū impedimento
nō eſſe ad vitā eternā beatā ſed etiā
adiumēto: evidentiſſime pronunciatum eſt.

**Que putantur bona plerumque īpedi-
mento eſſe ad beatū et eternā vitā:
et que mala: materias quaſdā eſſe vir-
tutum et eternarū beatitudinum.**

Sed et illa que videntur bona: diui-
tias. satietatem. leticiam: expertem doloris.
detrimento esse ad fructum beatitudinis: do-
minico declaratum iudicio liquet cum dicit:
Ibidem. Ve vobis diuitibus: qui habetis consolatio-
nem vestram. Ve vobis qui saturati estis: quia
esurietis. Et illis qui rident: quia lugebunt.
Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad
3. reg. vitam beatam: corporis aut externa bona sed
.21. etiam dispendio sunt. Inde enim beatus Nabu-
the etiam cum lapidaretur a diuite: quia pauper
et infirmus aduersus opes regias solo erat
affectu et religione diues: ut pecunia regali
non commutaret paterne vinee hereditatem
eoque profectus quia sanguine proprio defenderet
iura maiorum suorum. Inde quoque miser Ach-
ab suo iudicio qui pauperem necari fecerat: ut
eius possideret vineam. Certum est solum et
summum bonum esse virtute: eaque abundare
solum ad vite fructum beate: nec externis aut
corporis bonis: sed virtute sola vita prestari
beatam. per quam vita eterna acquiritur. Vita

eū beata fruitur preſentiū: vita aūt
eterna ſpes futurorū eſt. Et ſunt tamē
qui in hoc corpore tam infirmo: tā fra
gili: impoſſibilem vitam beatā putant:
in quo neceſſe ē angi: dolere: deplorare:
egreſcere: quaſi vero ego in corporis ex
ultacione dicā vitā beata conſiſtere: & nō
in altitudine ſapientie: ſuauitate conſcientie:
virtutis ſublimitate. Non enī in paſſione eſſe:
ſed victorē ēē paſſionis beatū eſſe nec ſiam
ſi tēporalibus malis doloris cuenientes ſuper q̄
accidere: ſi grauia ad vim doloris feruntur:
necitatem: exiliū: famē: ſtuprum filie:
amiſſione liberorum. Cuius ſemper beatū
Iſaac: qui nō videbat in ſenectute: beati
tudines ſuis benedictionibus conferebat. An
nō beatus beatus Iacob: qui profugus
patria domo: mercenarius paſtor exili
ū ſuſtinuit: filie pudicitiā ingemuit
eſſe intemeratā: famē ptulit. Non ergo bea
ti: quorū fide deus accipit teſtimonium: cum
dicit: Deus Abraā: deus Iſaac. deus Iacob.

Misera ē servitus? sed miser Joseph
imo plane beatus: cū dominę libidinem in
servitute positus coerceret. Quid de sancto
David loquar: qui triū filiorū deploravit
obitū: Ammon et Absolon: atq; infantuli
ex ea q̄ fuit Urie nati: et quod ꝯtra divinas
incestū filie thamar? Numquid non beatus
de cuius successione beatitudinis auctor
exortus ē qui plurimos fecit beatos? Bea-
Johan. 20. ti enim qui non viderunt et crediderunt. Fue-
runt et ipsi in sensu infirmitatis: et conva- Sed
luerunt de infirmitate fortes. Quid labo-
riosius quam sancto Job: vel in domus
incendio vel filiorū decē interitu mo-
mentario: vel doloribus corporis? Num-
quid minus beatus: quam si illa non pertulis-
set in quibus magis probatus ē? Esto
tamen fuisse in illis aliquid acerbitatis.
Et si vulneravit: quę virtus animi non ab-
scondit dolorē? Neq; enim profundū mare
negaverim: quia vadiosa littora sunt. Neq;

celum lucidum: quia interdum obtegitur nubibus. Neque terram fecundam: quia aliquibus locis ieiuna glarea est. Aut letas segetes quia intermixtam solet ferre sterilem auenam. Similiter vita beate messem consueuit interpellari aliquo acerbo dolore. Nonne totius manifestis vite beate si quid forte accidit aduersi atque amaritudinis: tamquam sterilis auena absconditur: aut tamquam lolii amaritudo frumenti suauitate obducitur. Sed iam ad proposita pergamus.

Utilitatem precipue fide ac dilectione et equitate metiendam: exempla de Dauid et Moyse: qui idcirco maxime diligebantur a populis: quia pro ipsis sese obiectarent periculis:

Est igitur non solum familiare contubernium honestatis et utilitatis: sed eadem quoque utilitas que honesta. Ideo et ille qui regnum celorum volebat omnibus aperire. non quod sibi utile querebat sed quod omnibus.

Vn̄ credo quendam nobis ⁊ iocundus facien-
dus ē: etiā ab hiis vsitatis ⁊ cōmunibus adeo
q̄ sunt excellentia: ut ex pluribus vtilitatibus
colligamus effectum. Ac verum nouerī-
mus nihil tam vile q̄ diligi: nihil tam
inutile: q̄ nō amari. Nam odio haberi exi-
tiale ac nimis capitale arbitror. Itaq̄ id
agamus: vt omni sedulitate concedemus ex
istimatione opinioneq̄ nostra: ac verum
placiditate mētis ⁊ animi benignitate in
flammus in affectum hominum. Popularis
enī ⁊ grata ē omnibus bonitas: nihilq̄
quod tā facile illabatur humanis sensibus.
Ea si mansuetudine morū ac facilitate
aīi moderatione accepti: ⁊ affabilitate ser
monis: verborumq̄ onere pariter q̄ ser-
monum vite: modestieq̄ adiunctum gratia
incredibile quantū ꝓcedit ad cumulum di
lectionis. Regumq̄ enim nō solum in priua
tis: sed etiā in ipsis regibus quantum facil

litas blande affabilitatis pferent: aut su
pbia verborumque offecerit timor: vt regna ip
sa labefactaret: et potestate solueret. Iam si
quis ꝯsilio usu ministerio officiis papilla
re comprehendat gratiam: aut si quis pe
riculum suum pro vniuersa plebe offerat:
non est dubium quod tantum charitatis a plebe
in eum refundatur: vt populus salutem eius et
gratiam preferat. Quantas Moyses a populo
illatas absorbeat contumelias: et cum dominus
in insolentes vindicare vellet: se tamen pro
populo offerebat frequenter: vt indignati
oni diuine plebem subduceret. Quam miti ser
mone post iniurias appellabat populum:
consolabatur in laboribus: deliniebat oraculis:
fouebat operibus. Et cum deo constanter loqueretur
homines tamen humili et grata appellatione affari
solebat. Merito estimatus est super homines: vt et
vultum eius non possent intendere: et sepulturam
eius deo reperta crederet. quasi sibi totius
plebis mentes deuinceret: vt plus eum pro

mansuetudine diligeret: quam pro factis ad
miraremur. Quid eius imitator sanctus
David: electus ex omnibus ad plebem regen-
dam: quam mitis et blandus: humilis spiritu: se-
dulus corde: facilis affatu. Ante regnum se pro
omnibus offerebat: rex cum omnibus equabat
suam militiam. et partiebatur laborem: fortis in
prelio: mansuetus in imperio. patiens in con-
vitio: ferendis magis patiens quam referendis inju-
riis. Ideo tam charus erat omnibus: ut iuvenis
ad regnum etiam invitus peteretur: resistens
cogeretur: senex ne prelio interesset a suis
rogaretur: quod mallent omnes pro ipso periclitari:
quam illum pro omnibus. Ita sibi gratis officiis ple-
bem obligaverat. Primum ut in discordiis po-
puli exulare in Hebron mallet: quam in Hieru-
salem regnare. Deinde ut etiam in hoste
posita virtutem diligeret: iustitiam etiam his qui
arma contra se tulerat aeque ac suis pres-
tandam putaret. Denique fortissimum adver-

se patris ꝓpugnatorē Abner ducē ⁊ insere
rem plia miratus ē: ⁊ orate patris gratiam
nō assecutus: honorauit in domino: inter
emptū insidiis: doluit ⁊ fleuit: ꝓsecutus exe
quias: honestauit: morte vltus: consciencie
fidē prestitit: quā filio iure hereditaria
linea transcripsit: magis sollicitus ne
innocentis morte inultā relinqueret: q̄ q̄
suā morte doleret. Nō mediocre istud p̄
sertim in rege: sit obire humilitatis mu
nia: ut communē se exhiberet etiā infi
mis: alieno periculo cibū nō q̄rere: potū
recusare: vetitū fateri: seq ipsum ꝓ populo
offerre morti: ut in se diuina indignatio
conuerteretur: cū ferienti angelo offerendo se dice
ret. Ecce sū ego qui peccaui: ⁊ ego pastor 2. reg:
malū feci: ⁊ iste grex quid fecit? Fiat ma 24:
nus tua in me. Nā quid alia dicā: q̄ do
lū meditantibus os suū nō aperiebat: et
tanq̄ nō audiens: nullū sermonē referen
dū putabat. Nō respondebat conuiciis: cū sibi

derogaretur orabat: cum malediceretur be-
nedicebat Ambulans in simplicitate: et
superborum fugitans arrogantiam: sectator
ps. 101 extitit immaculatorum. Qui cinerem mis-
cebat alimentis suis: cum peccata propria deplora-
ret: et potum suum temperabat fletibus. Meri-
to sic expeditus est ab universo populo: ut
veniret ad eum omnes tribus israhel: di-
2 reg. 5 centes: Ecce nos ossa tua et caro tua su-
mus: et heri et nudiustercius cum esset
Saul et regnaret super nos: tu eras qui
producebas et inducebas israhel. Et dix-
it tibi deus: Tu pasces populum meum. Et ad
plura dicta de eo de quo summi dei processit sen-
tentia ut de eo diceret: Inveni David secundum
cor meum Propter quem: Quis eum in sanc-
titate cordis et iusticia sicut iste ambulavit:
ut impleret voluntatem dei. Propter quem
et delinquentibus posteris eius venia data: et
prerogativa reservata heredibus. Quis ipsi-
us non diligeret eum: quem videbat ita cha-
rum amicis ut quia ipse sincere amicos di-

ligebat: eque dilecti a suis amicis arbitra-
retur. Denique parentes cum filiis suis: filii
preferebat parentibus. Unde grauiter indignatus
Saul precutere Jonathan filium suum hasta vo-
luit: quia chorus apud eum valere Dauid ami- 1. reg. 20.
citiam indicabat quam vel pietate vel auctoritate
paternam. Etenim ad incentiuum charitatis co-
munis plurimum proficit. Si quis vicem
amantibus reddat: nec minus redamare
se probet: quam ipse amatur: idque amicitie fi-
delis faciat exemplis. Quid enim tam populare
quam gratia? Quid tam insitum nature: quam vt
diligentem diligas? Quid tam insolitum atque
impressum affectibus humanis: quam vt eum
amare inducas in animum a quo te a-
mari velis. Merito sapiens dixit: perde Eccl. 19.
pecuniam propter fratrem et amicum. Et alibi. Ami- Eccl. 22.
cum salutare non erubescam: et a facie illius
non me abscondam. Sic hic vite et immortali-
tatis medicamentum in amico esse: ecclesias-
ticus sermo testatur. Et summum in charitate

presidiū nemo dubitauerit: cū Apostolus
1 Corinth: 13 dicat: Omnia suffert omnia credit: oīa spe-
rat: oīa sustinet: charitas nunq̄ cadit. Ideo
Dauid nō cecidit: quia charus fuit omnibꝫ
et diligi a subiectis q̄ timeri maluit. Timor
enī tēporalis tutaminis seruat excubias:
nescit diuturnitatis custodia. Itaq̄ vbi timor
decesserit audacia obrepit: qm̄ fidē nō ti-
mor cogit: sed affectus exhibet. Prima ergo
ad cōmēdationē nostri ē charitas. Bonū
ergo ē testimoniū hr̄e de plurimorū di-
lectione. Hinc nascitur fides: vt committere
se tuo affectui nō vereantur etiā alieni: quē
pluribꝫ charū aduerterit. Similiter etiam
per fidē ad charitatē peruenitur: vt q̄ vni aut
duobus prestiterit fidem: tanq̄ influat
in animos vniuersorū: et omnium ac-
quirat gratiam:

Consilia plurimorū ad cōciliatio-nē valere aliorū: qd̄ claruit ī Salo-mone:

Duo igitur habet ad commendationem nostri
plurimum operantur: charitas et fides: Atta-
men hoc si habeas quod in te admiratione
dignum plerique existimet: et iure honoran-
dum putet. Et quod consiliorum usus maxi-
me conciliat homines: ideo prudentia et ius-
ticia in unoquoque desiderantur: et ea expe-
tantur a pluribus: ut in quo ea sint illi
deferatur fides: quo possit utile consilium ac
fidele desideranti dare. Quis enim ei se co-
mittat: quem non ducet plus sapere quam ipse
sapiat qui querit consilium. Necesse est igitur:
ut prestantior sit a quo consilium petitur:
quam ille est qui petit. Quid enim consulas ho-
minem: quem non arbitreris posse melius
aliquid reperire: quam ipse intelligis. Qui si
eum nunc est qui vivacitate ingenii:
meritis vigore atque auctoritate prestet: et
accedat eo ut exemplo et usu paratior sit:
presentia solvat pericula: prospiciat futura:
denunciet imminentia: argumenta expe-

dicat: remedium ferat in tempore: para-
tus sit non solum ad consulendum sed etiam
ad subveniendum. Huic ita fides habetur
ut dicat qui consilium petit: Et si mala mi
evenerit: per illum sustineo. Huiusmo-
di igitur viro salutem nostram et existimati-
onem committimus: qui sit (ut supra diximus)
iustus et prudens. Facit enim iustitia: ut
nullus sit fraudis metus. Facit etiam pru-
dentia: ut nulla erroris suspitio sit. Pro-
pterea tamen nos iusto viro quam prudenti commit-
timus: ut secundum usum vulgi loquar. Ceterum
sapientium definitione: in quo una virtus
est: concurrunt cetere: nec potest sine ius-
titia esse prudentia. Quod etiam in nostris
ps. 36. invenimus. Dicit enim David: Iustus autem
ps. 111. miseretur et fenerat. Quod feneret iustus
alibi dicit: Iocundus vir qui miseretur et fene-
rat: disponet sermones suos in iuditio. Ip-
sum illud nobile Salomonis iuditium: nonne
sapientie plenum ac iustitie est. Itaque specte

mus illud si ita ē. Due inquit mulieres 3. reg.
in conspectu regis Salomonis steterunt et 3.
dixit vna ad eū: Audi me dñe: Ego et hec
mulier in vno habitantes cubiculo: ante
diē terciū partu edito singulos filios sus
cepimus 7 eramus vna: arbiter nullus
domi: nec vlla alia femina nobiscum
nisi nos sole: 7 mortuus ē filius eius
hac nocte: vt obdormiuit sup eū 7 sur
gens media nocte: 7 accepit filiū meū
de sinu meo: 7 collocauit eū in sinu in
sinu suo: 7 filiū suū mortuū posuit in
sinu meo. Et surrexi mane vt lactarē
paruulū 7 inueni eū mortuū: Et con
sideraui illū diluculo 7 nō erat filius
meus. Et respondit altera. Non. sed filius
meus ē hic qui viuit: filius aut tu-
us qui mortuus ē. Et hec erat contentio
cū vtraqz filiū sibi vendicaret supstitē.
defunctū aut suū negaret. Tunc rex ius
sit afferri macherā: 7 infantē diuidi
et singulas ptes dari singulis: dimidiā

vni et dimidiam alteri. Exclamauit mu-
lier que vero erat affectu percita: Nequaquam
domine infantem diuidas: detur potius illi et
viuat: et non interficias eum. At respondit
altera: Neque meus neque tuus sit infans:
diuidite eum. Et statuit rex dari infantem
ei mulieri que dixerat: nolite interfice-
re eum: sed date eum illi mulieri: quia mota
sunt viscera eius in filio suo. Ita-
que non inmerito estimatus est intellectus dei
in eo esse: in quo occulta sunt dei. Quid
aut occultius: quam internorum viscerum testi-
monia: in que sapientis intellectus velut
quidam pietatis descendit arbiter: et velut quo-
dam genitalis aluus voce eruit: quia ma-
terinus vicit affectus: que elegerat filium
suum vel apud alienam viuere: quam in consper-
tu matris necari. Sapientie igitur fuit
latentes distinguere conscientias: ex occul-
tis eruere veritatem et velut quadam mach[ae]-

ra ita spiritus gladio penetrare: non
solū ventri: sed etiam anime et mentis vis-
cera. Iusticie quoqz ut que sua recla-
rat: alienū nō tolleret: sed vera mater
reciperet suū. Denique etiā scriptura pro-
nunciat. Audivit itaque omnis israhel Ibidem
ist iudiciū: quod iudicavit rex et ti-
muerunt a facie regis: eo quod intellecti
dei in eo esset ut faceret iusticiā. De-
nique et ipse Salomon ita poposcit sapie-
tiā: ut daretur sibi cor prudens audi-
re et iudicare eius iusticiam.

Quod a probis viris consiliū sit requirendū: Exemplū de patribus.

Joseph quoqz nec in carcere feriatus
erat. quo minus de rebus incertis con-
suleret. Cuius consiliū egipto omne
so pfuit: ut nō sentiret septe annorū

sterilitate: aliosque populos misere fa-
mis leuaret incursibus. Daniel ex cap-
tiuis regalium consiliatorum arbiter factus
consilijs suis emendauit presentia: annun-
ciauit futura. Ex quibus que frequenter
interpretatus ostenderat veri se esse an-
nuncium: fides ei in omnibus deferebatur.
Sed etiam ceteris longe de quibus qui admira-
tione digni estimarentur. Joseph. Salo-
monis et Danielis exemplo decursusque
videtur. Nam quid de Moyse loquar: cu-
ius omnis israhel quotidie consilia pro-
stolabatur: quorum vita fidem faciebat
prudentie: admirationemque eius auge-
bat. Quis se non committeret consilio
Moysi: cum seniores si qua super suum
intellectum et virtutem esse arbitrarentur
dijudicanda seruabat? Quis Danielis
Ezech: 28. consilium respueret: de quo ipse deus
dixit: Quis Daniele sapientior? Aut quo

modo dubitare homines de eorum me-
ritis possent: quibus deus tanta confere-
bat gratia. Moysi consilio bella confici-
ebat. Moysi meritis de celo affluebat
alimonia: potus e petra. Quam piissimus
Danielis animus: ut mulceret barbaros
mores: mitigare leones. Que in illo
temperantia: quanta animi et corpo-
ris continentia. Nec immerito mira-
bilis factus omnibus: quando quod vehemen-
ter admirantur homines: regalibus fultus
amicitiis: aurum non querebat: nec delatum
sibi honorem pluris faciebat quam fidem. Quin
etiam periclitari malebat pro lege domini: quam pro
gratia hominis inflecti. Nam de sancto Io-
seph quem pene preterieram castimonia et
iustitia quid dicam: qui et alterius illecebras
herilis respuit: recusavit premia: alte-
ra morte contempsit: metum repulit.
carcerem preoptavit. Quis hunc privatae cau-
se ad consulendum idoneum non iudicaret.

tiuus ferax animus 7 mens ferti-
lis: temporis sterilitate quodā consilio[rum]
et cordis ubere fecundauit:—

Improbos homines licet prudentes videantur fugiendos:—

Aduertimus igitur: q in acquirendis con-
silijs plurimum adiungat vite probitas: vir-
tutum prerogatiua: beniuolentie usus: fru-
galitas gratia. Quis enim in cenofonte
requirat? Quis e turbida aqua potum petat?
Itaque ubi licentia e: ubi intemperantia:
ubi viciorum confusio: quis inde sibi ali-
quid hauriendum existimet? Quis non
despiciat morum colluuionem? Quis utile
cause aliene iudicet: quem videt inutilem
vite sue? Quis iterum improbum: maliuolum
contumeliosum: non fugiat: et ad ad nocen-
dum paratum? Quis non eum omni studio de-
clinet? Quis vero quamuis instructum ad
consilij opem: difficile tamen accessu habiat:

ni quo sit illud: tanquam si quis aque fon
tem precludat. Quid enim prodest habere
sapientiam si consilium neges. Si consu
lendi intercludas copiam clausisti fontem
ut nec aliis influat nec tibi prosit. Pul
chre autem et de illo convenit qui habet
prudentiam: commendat eam vitiorum sor
dibus: eo quod aque cursum contaminet. De
generes animos vita arguit. Quomodo
enim eum potes iudicare consilio superio
rem: quem videas inferiorem moribus. Su
pra me debet esse cui me committere
paro. An vero idoneum eum putabo qui
mihi det consilium: quod non dat sibi et mihi
eum vacare credam: qui sibi non vacet: cu
ius animum voluptates occupent: libido
devinciat: avaricia subiuget: cupiditas
perturbet: quatiat metus. Quomodo hic
consilii locus: ubi nullus quieti. Admi
randus enim et suscipiendus consiliarius
quem propitius deus patribus dedit. Offen

sus abstulit. Huius imitator debet esse
qui pot consiliu dare: et alienam a vi-
tijs custodire prudentia: quia nihil in-
quinatum in illam incurrit,

De sobrietate: que et temperatia in liberalitate servada: Exemplu de Joseph et eius prudentissimo p in- terpretacione somnij consilio,

Liquet igitur debere esse liberalitatis
modu: ne fiat inutilis largitas. Cuius
sobrietas tenenda et maxime sacerdotibus.
sit no p iactancia sed p iusticia dispen-
sent. Nusqz maior aviditas peticionis.
Veniunt validi: veniunt nulla causa nisi
vagandi habentes: et volunt subsidia eva-
cuare pauperu: exinanire sumptu: nec
exiguo contenti maiora querunt: abitu ves-
tiu captantes peticionis suffragiu: et
natalium simulatione licitantes increme-
ta questuu. His si quis facile deferat fide

tio exinanit pauperum alimonijs pro-
futura compendia. Modus ergo sit largiendi:
ut nec illi inanes recedant: neque trans-
cribatur vita pauperum in spolia fraudulentorum.
Ea ergo mensura sit: ut neque hu-
manitas deseratur: nec destituatur
necessitas. Plerique simulant debita se te-
neri. et tum exitus sit veri examen. Exutos
semper latrocinia deplorat: ut iniuria
fidem faciat: aut agnitio persone: quo
propensius iuvetur. Ab ecclesia relega-
tis sumptus impartiendus: si desit eis
aliena copia. Itaque qui modum servat: ava-
rus nulli: sed largus omnibus est. Non enim
solas aures prebere debemus audiendis pre-
cantium vocibus: sed etiam oculos consideran-
dis necessitatibus. Plus clamat operato-
ri bono debilitas: quam vox pauperis. Neque ve-
ro fieri potest: ut non extorqueat amplius im-
portunitas vociferantium: sed non semper impudente

tis locus sit. Videndus ē ille: qui te nō
videt. requirendus ē ille qui erubescit
videri. Ille etiā clausus in carcere oc-
currat tibi ille affectus egritudine men-
tem tuā personet qui aures nō potest.
Quo plus te operari viderit populus: ma-
gis diliget. Scio plerosq̃ sacerdotes: q plus
contulerunt plus abundasse: quoniam qui
bonū operarium videt ipsi confert. qd ille suo
officio dispenset: securus q ad paupere sua
perveniat misericordia. Nemo enim vult
nisi pauperi proficere suā collationē. Nā
si quē aut immoderatū aut nimis tena-
cē dispensatorē viderit: utrūq despiciet.
si aut superfluis erogationibus dissipet ali-
eni fructus laboris: aut recondat saccu-
lis. Sicut igitur modus liberalitatis
tenendus ē: ita etiā calcar plerumque
adhibendū videtur. Modus ideo: ut qd
benefacis id cotidie facere possis: ne
subtrahas necessitati quod indulseris
effusioni. Calcar propterea: quia melius

operiatur pecunia in pauperis cibo q̄ in
diuitis sacculo. Caue ne intra loculos
tuos includas salutē inopū: et tāq̄ in
tumulis sepelias vitā pauperū. Potuit
donare Joseph totas opes egipti: et effūdere
thesauros regis: noluit tn̄ de alieno effu-
sus videri: maluit frumēta vendere q̄
donare esurientibus: quia si paucis
donasset pluribus defuisset. Eam li-
beralitatem probauit: que abundaret
omnibus. Patefecit horrea ut omnes
emeret subsidiū frumentariū: ne
gratis accipiēdo cultus terrarū relin-
queret: quoniā qui alieno vtitur suū ne-
gligit. Itaq̄ primū omniū coaceruaui-
uit pecunias: deinde instrumēta ce-
tera: ad postremū iura terrarū regi
acquisiuit: nō ut omnes exueret suo
sed fulciret: publicū tributū constitueret:
quo sua tutius tenere posset. Quod ita fuit
gratum omnibus quibus terras ademerat: ut nō
venditionē sui iuris: sed redemptionē

Gene: salutis putaret. Denique dixerunt: Sa-
.47: lvasti nos: inveniamus gratiam in consper-
tu domini nostri. Nam et de proprietate nihil ami-
serant: qui ius retinuerant: et de utilitate nihil
perdiderant: qui acquisierant perpetuitatem.
O virum magnum qui non largitatis super-
flue temporalem captavit gloriam: sed
perpetuam commoditatem constituit providentie
fecit enim ut tributis populi se iuvarent
suis: nec in tempore necessitatis aliena
subsidia desiderarent. Melius enim fuit
conferre aliquid de fructibus: quam totum de iu-
re amittere. Quintam portionem collationis
statuit: et in providendo perspicatior: et in
tributo liberalior. Denique numquam postea egip-
Gen: tus hanc famem pertulit. Verum preclare au-
41: tem collegit futura: primum quod acquirere
talis interpres somnii veritatem expressit.
Somnium regis hoc primum fuit. Septem
iuvence ascendebant de flumine visu de-
core: et pingues corpore: et ad oram pascebant-
tur fluminis. Alie quoque vitule visu de-
formes ac ieiune corpore: post illas in-

iuencas ascendebat de flumine: et iuxta
eas in ipso riparum thoro pascebantur: et vi
se sunt hee vitule tenues atque exiles devo
rare illas que prestabat et forma et gratia. Et
sompnium secundum hoc fuit: Septem spice
virgines: electe et bone de terra surgebat.
et vs eas septem spice exiles et vento corrup
te ac mercide se subijcere moliebatur.
et visum est quod letas et uberes spicas steriles
spice et tenues devoraverunt. Hoc sompnium
ita aperuit sanctus Ioseph: eo quod septem iuuen
ce septem anni forent: et septem spice simi
liter septem anni forent ex fetu et fructu in
tervtatis tempora. fetus enim iuuence annum
exprimit: et fructus segetis annum consumat
integrum. Que ideo ascendebat de flumine:
quod dies anni ac tempora fluminis preterunt
... et cursum labuntur. Annos itaque septem
priores: uberes terre fertiles ac fecundos
declarat futuros. Posteriores autem alios
septem annos steriles atque infecundos: quorum
sterilitas absumptura foret ubertatem in

ſuperiorum. Qua gratia pficiendum admo
nuit ut uberioribus annis congregaret
tur ſubſidium frumentarium: quod ſuſte
tare poſſet inopiam future fecunditatis.
Quid primum mirer: Ingenium quo in ipm
veritatis deſcendit cubile: an conſilium
quo tam graui atque diuturne pſpex
it neceſſitati: an vigilantiam atque iuſti
tiam: quarum altera impoſito ſibi tanto mu
nere congregauit tam multiplices comme
atus: altera equalitate p omnes ſeruauit.
Nam de magnanimitate quid loquar: q
venditus a fratribus in ſeruitute non venil
lit iniuriam: ſed tum depulit. Quid de ſua
uitate qua dilectis fratres pſentiam via frau
de quſiuit: que ſimilitas ver clementiam
furtis reum ſtatuit rapine: ut obſide tene
ret gratie. Unde meruit ei a patre dicit.
Gen. 49. Filius ampliatus meus Ioſeph: filius meus
ampliatus: zelotes filius meus: filius meus
adoleſcentior. Adiuuet te deus meus: et

benedicat te benedictione celi a summo:
benedictione terre hntib omnia pter bn
dictiones ptrum manentium et deside
ria collium eternorum: patris tui et ma
tris tue. Prevaluit super bndictiones
montium. Et in deuteronomio: Qui visus Deute:
e inquit in rubo: veniat sup caput Jo 33:
seph: et sup vertice ipsius: honorificq
inter fres suos primitiuq: tauri decq
eius: cornua unicornis cornua ipsius.
In ipis gentes ventilabit simul usq
ad extremum terre. Ipsi decem milia ef
fraim: et ipsi milia manasses ⁘

Equalis meriti viro consilium
sit requirendu: Introducuntur pau
lus et Joseph:

Talis itaq debet esse qui consilium
alteri det: ut seipsum forma alijs pre
beat ad exemplu bonorum operu in doc
trina: in integritate: in gravitate. ut
sit sermo salubris atq irreprehensibilis

consiliū utile: vita honesta: sententia de
1 Corinth. vota. Talis erat paulus: q(ui) c(on)siliū dabat
.7. virginibus: magisteriū sacerdotibus: ut pri
mū seipsū preberet nobis normā ad imi
tandū. Ideo et humiliari sciebat: sicut
sciuit et Joseph: qui summo ortus patriarc
harū genere: nō dedignatus deferre in
servitute: exhibebat eam obsequiis: illus
trabat virtutibus. Sciuit humiliari: qui
et venditores et emptore passus est et do
minū appellabat eū. Audi humilitate se.
Gen. Ecce d(omin)us meus p(ro)pter me nihil scit in do
39. mo sua: et omnia quecumque sunt dedit in manus
meas: neque subtractum est a me quicquam p(re)
ter te. quia uxor illius es quomodo faciam ver
bū malū hoc: et peccabo coram deo? Ple
na voce humilitatis: plena castimonie.
Humilitatis qua deferebat d(omi)no honorifi
centiā: quia referebat gratiā. Plena
quoque castimonie: qua turpi flagicio conta
minari: grave peccatū putabat. Talis

igitur debet esse consiliarius: qui nihil
nebulosum habeat: nihil fallax: nihil fa
bulosum: nihil simulatum: quod vitam eius
ac mores refellat: nihil improbum atque
malivolum: quod avertat consulentes.
Alia sunt enim que fugimus: alia que contemnim
us. Fugimus ea que possunt nocere: que
malitiose possunt iniuriam serere: ut
si is qui consulitur dubia sit fide: et pecunie
sit avidus: ut possit precio mutari: si iniu
riosus: hic fugitur ac declinatur. Qui vero
voluptarius intemperans et si alienus a
fraude: tamen avarus et cupidior lucri tur
pis: hic contemnitur. Quod enim specimen
industrie: quem fructum laboris edere pot
est recipere animo curam ac sollicitudi
nem: qui se torpori dederit atque igna
vie. Ideo boni vir consilii dicit. Ego
autem didici: in quibus sum sufficiens esse.
Sciebat enim omnium malorum radicem
esse avariciam: et ideo suo contentus erat:
alienum non requirebat. Satis mihi inquit

est quod habeo: siue parum siue pluri-
mum habeam: michi plurimum est. Expres-
sius aliquid dicendum videtur. Signato
verbo vsus est. Sufficit michi inquit in
quo sum: id est: nec deest nec superfluit.
Non deest: quia nihil quero amplius. Non
superfluit: quia non solum nihil habeo: sed
pluribus. Hoc de pecunia. Ceterum de om-
nibus dici potest: quia sufficiebat illi pre-
sentia: hoc est: non honore maiore: non
obsequia vberiora desiderabat: non glo-
rie inmodice cupidus: aut gratiam inde-
bite querebat: sed debiti fine certami-
nis: patiens laboris: securus meriti pres-
tolabatur. Ocio inquit et humiliari. Non
ergo indocta humilitas: sed que habeat
sui modestiam et scientiam laudatur. Et enim
humilitas formidinis: est et imperitie atque
ps. 33: ignorantie. Ideo scriptura ait: Et humiles
spiritu saluabit. Preclare autem dixit:
Ocio et humiliari: id est quod in loco quia mo-

deratione. quis fuit. in quo officio: in quo
munere. Nesciuit phariseus humilia
ri: ideo deiectus e. sciuit publicanus: ideo
iustificatus e. Sciebat et abundare pau
lus: qui animum habebat diuite: et si the
sauros diuitis no habebat. Sciebat abu
dare. quia no querebat datum in decimia.
sed requirebat fructum in gratia. Possu
mus et sic intelligere. quia sciebat abu
dare. qui poterat dicere. Os nostrum patet 2. Corint
ad vos o corinthij. cor nostrum dilatatum hio 6. 6.
e. In omnibus erat imbutus: et saturari
et esurire. Beatus qui sciebat saturari
in christo. Non ergo illa corporalis. sed spi
ritualis e saturitas. qua operatur sciencia.
Et merito sciencia cibus e. quia no in Deute.
pane solo viuit homo. sed in omni ver . 8.
bo dei. Ergo qui sic sciebat saturari et
sic esurire. sciebat ut lex nova quereret
esuriles. et sitire diuini. Sciebat esurire:
qui sciebat quia esurientes manducabunt. sciebat
et poterat abundare qui nihil habebat et possidebat omnia

De laude miserationis et hospitalitatis: et malo pdigalitatis et inanis fauoris: et hoc maxime in sacerdotibus rephenditur: qui ornate et ordinate agere debent: —

Adiuuat quoque hoc profectum bone estimationis: si de potentis manibus eripias inopem: de morte dampnatum eruas: quantum sine perturbatione fieri potest. ne videamur iactantie magis causa facere. quam misericordie. et grauiora inferre vulnera. dum leuioribus mederi desideramus. Jam si oppressum opibus potentis. et factione magis quam sceleris sui precio grauatum liberaueris: egregie commendes sit opinionis testimonium. Comendat plerosque etiam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis: ut peregrinus hospitio non egeat. suscipiatur officiose. pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius est orbis existimatione: pe-

peregrinos cum honore suscipere. non deesse
mense hospitalitatis gratia. occurrere of
ficiis liberalitatis: explorare adventus hospi
tum. Quod Abrae laudi est datum. qui ante
ianuam suam speculabatur: ne forte preteriret
peregrinus aliquis. et diligenter pretende
bat excubias ut ei occurreret. ut preve
niret. ut rogaret. ne transiret hospes.
dicens: Domine si inveni gratiam ante te.
ne preterieris puerum tuum. Et ideo pro hospi Gen: 18
talitatis mercede: fructum posteritatis Gen: 19
recepit. Loth quoque nepos eius: non solum
genere: sed etiam virtute propinquus: propter
hospitalitatis affectum: sodomitana a se
suisque supplicia detorsit. Debet igitur hos
pitalem esse. benignum: iustum: non alie
ni cupidum: immo de suo iure virum bo
num aliquid relaxare non solum liberali
tatis. sed plerumque etiam commoditatis est.
Primum dispendio litis carere non me
diocre est lucrum. Deinde accedit ad fruc

tum quod augetur amicitia. et quia ori
untur plurime commoditates. que contemne
ti aliquo in tempore postea infructuo
se erunt. In officiis autem hospitalibus om
nibus quidem humanitas impartie
da est: iustis autem uberior deferenda ho
Mathei. 10. norificentia. Quicunque enim iustum rece
perit in nomine iusti. mercedem iusti ac
cipiet ut dominus pronunciavit. Tanta autem
est apud deum hospitalitatis gratia: ut ne
potus quidem aque frigide a premiis remu
nerationis immunis sit. Vides quod Ab
raam deum recepit hospitio dum hospites que
rit. Vides quod Loth angelos suscepit.
Unde scis an et tu cum suscipis hospitem susci
pias christum. Fieret in hospite sit christus:
quia christus in paupere est. sicut ipse ait.
Math. 25. In carcere eram et venistis ad me: nudus
eram: et operuistis me. Suave est igitur

no pecunie sed gratie studere. Verum hoc
malum radicitus humanis influxit men-
tibus: ut pecunia honori sit. et animi
hominum divitiarum admiratione capiantur.
Inde se immersit avaritia. velud quedam bo-
norum ariditas officiorum: ut homines dam-
num putent quicquid preter morem impenditur.
Sed etiam in hoc adversus avaritiam (ne quod
afferre possit impedimentum) prevenit scri-
ptura venerabilis: dicens. Quia melior est
hospitalitas cum oleribus. Et infra. Melior Proverb
est panis in suavitate cum pace. Nec enim pro- .15.
digos nos docet esse scriptura sed libera-
les. Largitatis enim duo sunt genera. Unum libe-
ralitatis. alterum prodige effusionis. Libe-
rale est hospicio suscipere. nudum vestire. re-
dimere captivos. non habentes sumptu dare.
iuvare. Prodigum est vinum; et contumeliosa
ebrietas. Prodigum est popularis favoris gra-
tia exinanire proprias opes. Prodigum est sump- Proverb
tuosis effluere conviviis et vino plurimo. .20.
Unde legisti. Prodigum est vinum et contumeliosa ebrie-
tas. Quod faciunt qui ludis circensibus vel

etiam theatralibus & muneribus gladi
atorijs vel etiã venationibus patrimo
niũ dilapidant suũ. ut vincant supe
riorũ celebritates: cũ totũ illud sit ina
ne quod agunt: quandoquidem etiã bono
rũ operũ sumptibus immoderatum esse non
non deceat. Pulchra liberalitas ergo ipsos
quoque pauperes mẽsurã tenere: vt abun
des pluribus: non strepitus fauorisque gra
tia vltra modũ fluere. Quicquid ex af
fectu puro ac sincero promitur: hoc deco
rum: non superfluas edificationes aggre
di: nec pretermittere necessarias. Et
maxime sacerdoti hoc conuenit ornare dei
templum decore congruo: vt etiã hoc cul
tu aula dñi resplendeat: impensas
misericordie conuenientes frequentare:
quantũ oporteat largiri peregrinis: non
superflua sed competentia: non redundantia
sed congrua humanitati: ne sumptu
pauperũ alienam sibi q̃rat gratiam: ne

restrictiore erga clericos aut indilgen-
tiore se pbeat. Alteru eni inhumanu.
alteru pdigu. si aut sumptus desit ne-
cessitati eoru: quos a sordidis negotia-
tionib aucupiis retrahere debeas: aut
voluptati superfluat;

**Bonis tantu actibus ad honores
intendu: maxie ecclesiasticos: nec
inferiores ordines simulatis virtutibus
epos derogare: nec rte episcopu clero esse
iniudu: sed iustu in omnibus: maxie in iudicando;**

Ergo bonis actibus et sincero proposito
intendu ad honore arbitror: et maxime
ecclesiasticu. ut neq resupina arrogan-
tia. vel remissa negligentia sit. neq tur-
pis affectatio: et indecora ambitio. Adoia
abundat aiu directa simplicitas. satisq
seipa comendat. In ipso vero munere:
neq severitate esse dura covenit: nec
nimia remissione: ne aut potestate
exercere: aut susceptu officiu nequaq

implere videamur. Attendendum quoque ut be-
ficiis atque officiis obligemus plurimos: et
collatam reservemus gratiam: ne iure be-
neficii fiant immemores: qui se graviter
lesos dolent. Solere enim usu venire ut quos
gratia foveris. vel aliquo superiore cumu-
laveris gradu: avertas si indigne aliquem
eis proponendum iudices. Sed et sacerdotem
beneficiis suis vel iudiciis favere convenit:
ut equitatem custodiat. et presbitero vel mi-
nistro deferre ut parenti. Neque eos qui semel
probati sunt arrogantes esse oportet. sed
magis tamquam memores gratie: humili-
tatem tenere: neque offendi sacerdotem. si aut
presbyter aut minister. aut quisque de clero.
aut misericordia aut ieiunio. aut inte-
gritate. aut doctrina. aut lectione existi-
mationem accumulet suam. Gratia enim eccle-
sie: laus doctoris est. bonum opus alicuius predica-
ri. ita tamen si nullo studio fiat iactantie. Lau-
dent enim unumquemque proximorum labia: et

non sunt ob: et commendent opera sua non
studia sua. Ceterum si quis non obediat epis-
copo: extollere atque exaltare sese desiderans:
obumbrare meriti episcopi simulata af-
fectatione doctrine: aut humilitatis aut
misericordie: is a vero deviis superbit.
Quoniam veritatis ea est regula: ut nihil
facias commendandi tui causa: quo mi-
nor alius fiat: neque si quid boni habeas:
id ad reformationem alterius et vitupe-
ratione exerceas. Non defendas impro-
bum et sancta indigno committenda arbitre-
ris. neque iterum urgeas et impugnes: cuius
crimen non deprehenderis. Ita cum in om-
nibus iniusticia cito offendat. tum maxime
in ecclesia: ubi equitatem esse oportet: ubi
equalitatem habere decet. ut nihil sibi pote-
tior plus vindicet: nihil usurpet ditior.
Sive enim pauper sive dives in christo
unum sunt. Nihil sanctior plus sibi ar-
roget. Ipsum enim parem esse est humiliorem esse.

Sed nec personam alterius accipiamus
in iudicio. gratia absit. causam merita de-
cernat. Nihil sit opinione: immo fidem
gravat. Et si in iudicando potentiori dones
causam inferioris: vel pauperem innocen-
tem arguas. divitem excuses reum culpe.
Pronum quippe est pene omni favere hono-
ratioribus. ne lesos se putent. ne victi
doleant. Sed primum si offensam vereris
non recipias iudicium. si sacerdos es. aut si
quisque alius: non lacessas. Licet tibi silere
in negotio. dumtaxat pecuniario: quamquam
sit constantie adesse equitati. In causa autem
ubi communionis periculum est: etiam
dissimulare: peccatum est non leve.

**Favores et beneficia plus pauperi-
bus quam divitibus eroganda: quia de
eo quod dives forte dedignatur: pauper
maximam tibi habet gratiam: et quod benefi-
ficia non sola fiant pecunia.**

Quid autem tibi prodest favere diviti? An
quia citius amantem remuneret? His

enim faciemus frequentius: a quibus refe-
rende vice speramus gratie. Sed eo ma-
gis infirmo et inopi nos studere convenit:
quia pro eo qui non habet remunerationem
speramus a domino Jesu: qui sub specie convi-
vii generalem virtutis edidit formam
ut his potius nostra conferamus beneficia
qui nobis ea non possint representare: di-
cens: ad convivium atque epulas non eos qui
divites sint: sed quod pauperes invitandos.
Divites enim rogari videntur: ut ipsi quoque
nobis reddant convivium. Pauperes (quia
non habent quod restituant) cum acceperint: re-
muneratorem nobis faciunt dominum: qui se
pro paupere obligandum obtulit. Ad ipsum
quoque seculi usum collatio beneficii facta in pau-
peres magis quam in locupletes: plus iuvat.
quia fides dedignatur offitium: et pudet eum
debitorem esse gratie. Quinetiam id quod col-
latum est sibi meritis suis arrogat: quod ve-
lut debitum acceperit. vel ideo datum sit: eo quod

is qui dedit reddendum sibi a divite uberius
estimaverit. Ita in accipiendo beneficio eo ipso
quod acceperit dives: dedisse se magis quam
accepisse existimat. Pauper vero et si non habet
unde reddat pecuniam: refert gratiam. In quo
certum est: quod plus reddat quam acceperit. Pe-
cunia enim numero solvitur: gratia autem
numquam exinanitur. Reddendo vacuatur
pecunia: gratia autem et habendo solvitur
et solvendo retinetur. Deinde quod dives
refugit: pauper fatetur: quod sit obligatus de-
bito: sibique subventum non honorari suo
delatum putat: donatos sibi arbitratur fi-
lios. vitam redditam. servatam familliam.
Quanto igitur melius apud bonos quam apud
ingratos locare beneficium. Unde dominus ad
Math. 10. discipulos suos ait. Nolite possidere aurum.
neque argentum. neque pecuniam: quia velut
falce pullulantem in pectoribus humanis
succidit avaritiam. Petrus quoque claudo

(qui ex utero matris sue portabatur.) Actuum 3.
dixit: Argentum et aurum non habeo: sed quod ha-
beo tibi do. In nomine iesu christi nazareni
surge et ambula. Itaque pecuniam non dedit:
sanitatem dedit. Quanto melius est salu-
tem habere sine pecunia: quam pecuniam sine
salute. Recepit claudus quod non spe-
rabat: pecuniam non accepit quam sperabat.
Sed hec vix in sanctis domini repe-
riuntur: ut divitie contemptui sint.

De malo avaritie: Exemplum de Balaam: et Acham: et Dalila.

Ceterum ita increbuere mores hominum
admiratione divitiarum: ut nemo nisi di-
ves honore dignus putetur. Neque hic
recens usus: sed iam tunc. quod peius est
inoleuit hoc vitium humanis mentibus.
Siquidem cum Hierico magna civitas Josue. 6
tubarum sacerdotalium sono corruisset: et et 7:

Jesus naue potiretur victoria: cog-
novit infirmatam esse virtute populi
per avaritiam atque auri cupiditatem. Nam
cum de spolijs urbis incense sustulis-
set Achar vestem auream et ducenta ar-
genti didrachmata: et lineam auream: ob-
latus deo negare non potuit: sed pro-
didit furtum. Vetus igitur et antiqua a-
varitia est: que cum ipsis divine legis cepit
oraculis: immo propter ipsam reprimenda
lex dei data est. Propter avaritiam Balac pu-
tavit Balaam premijs esse temptari: ut ma-
lediceret populum patrum: et vicisset ava-
ritia: nisi deus a maledicto eum abstinere
vetuisset. Et propter avaritiam precipitatus
Acham: in exitium deduxerat totam plebem
parentum. Itaque Jesus naue: qui potuit so-
lem statuere ne procederet: avaritiam
hominum non potuit sistere ne serperet.
Ad vocem eius sol stetit: avaritia non stetit.

Sole itaque instante contulit Iesus tri-
umphum: avaritia autem procedente pene a-
misit victoriam. Quid fortissimum omnium Sa-
son. Nonne Dalile mulieris sue dilecte
avaritia decepit? Itaque ille qui rugientem
leonem manibus discerpsit suis: qui vinctus
et alienigenis hostibus traditus: sine ullo
adiutore solutis vinculis: mille ex his
peremit viros: qui funes intextos ner-
vis velut mollia sparti fila dirupit:
is super genua mulieris inflexa cer-
vice tonsuratus invicti crinis ornatu
prerogativam sue virtutis amisit. In-
fluxit pecunia in gremium mulieris
et a viro discessit gratia. Feralis igi-
tur avaritia: illecebrosa pecunia: que
habentes contaminat: non habentes
iuvat. Esto tamen ut aliquando adiu-
vet pecunia: inferior est tamen et ipsi im
desiderante. Quid ad eum: qui non deside-
rat. qui non requirit. qui auxilio eius non
indiget. studio non flectitur. Quid ut alios

sit ille copiosior qui habet. Unquid id circo honestior quia sit quo honestas plerumque amittitur: quia habet quod custodiat: magis quam quod possideat. Illud enim possidemus quo utimur: Quod autem ultra usum est: non utique habet possessionis fructum: sed custodie periculum.

De benignitate: et quot excommunicatio tardius sit exerenda.

Ad summam noverimus quod perverse contemptus iusticie forma sit: et ideo omnia vitia declinare debemus: et omni studio intendere: ne quid faciamus utique adversus iusticiam: sed in omnibus gestis et operibus custodiamus eam. Si volumus commendare nos deo: charitatem habeamus: unanimes simus: humilitatem sequamur: alterutrum existimantes superiorem sibi. Hec est enim humilitas: si nihil sibi quis arroget: sed

inferiorem se esse existimet Episcopus
vt membris suis vtatur clericis et max-
ime ministris qui sunt vere filij que
cunque viderit aptum muneri ei deputet.
Cum dolore amputatur etiam que putrescit
pars corporis: et diu tractatur si potest
sanari medicamentis: si non potest tunc a
medico bono abscinditur. Sic episcopi af-
fectus boni est: vt optet sanare infirmos.
serpentia auferre vlcera: adurere aliqua
non abscindere. postremo quod sanari non potest
cum dolore abscindere. Vnde exlucescit
illud preceptum magis eminet: vt conside-
remus non que nostra sunt: sed que aliorum. Hoc
enim modo nihil erit: quod vel irati nostro
indulgeamus affectui: vel fauentes nostre
plus iusto tribuamus aliquid voluntati.

De bono compassionis et quod sacris
ecclesiarum thesauris non sit parcendum tempore

Hoc maximum incentiuum misericor-
die: vt compatiamur alienis calamitati-
bus: necessitates aliorum quantum possumus
necessitatis: Exemplis causa indicit Laurentius:
et ipse Ambrosius

inuenerimus. et plus interdum quam possu-
mus. Melius est enim pro misericordia
causas prestare. vel inuidiam perpeti.
quam pretendere inclementiam. vt nos aliquando
in inuidiam incidamus. Quia con-
fregerimus vasa mystica. vt captiuos
redimeremus. quod arrianis displicere
potuerat. nec tam factum displiceret quam
vt esset quod in nobis reprehenderet.
Quis autem est tam durus. immitis. fer-
reus. cui displiceat quod homo redimitur
a morte. femina ab impuritatibus bar-
barorum. que grauiores morte sunt. ado-
lescentule. vel puericuli. vel infantes ab
idolorum contagijs. quibus mortis metu in-
quinabantur. Quam causam nos etsi non
sine ratione aliqua gessimus. tamen ita in
populo prosecuti sumus. vt confiteremur
multoque fuisse commodius astrueremus.
vt animas domino quam aurum seruaremus.
Qui enim sine auro misit apostolos. et ec

clesias sine auro congregavit. Aurum
ecclesia habet: non ut servet. sed ut eroget.
ut subveniat in necessitatibus. Quid opus
est custodire quod nihil adiuvat? An ig-
noramus quantum auri atque argenti de
templo domini assirii sustulerint? Nonne
melius constat sacerdotes propter alimo-
niam pauperum: si alia subsidia desint
quam sacrilegus contaminata asportet hos-
tis? Nonne dicturus est dominus: Cur passus
es tot inopes fame emori? Et certe ha-
bebas aurum: ut ministrasses alimoniam.
Cur tot captivi deducti in commertio sunt:
nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt?
Melius fuerat: ut vasa viventium servia-
res quam metallorum. His non posset respon-
sum referri. Quid enim diceres? Timui
ne templo dei ornatus deesset. Respon-
deret: Aurum sacramenta non querunt. neque
auro placent: que auro non emuntur. Or-
natus sacramentorum: redemptio captivorum
est. Et vere illa sunt vasa pretiosa: que redimunt

animas a morte. Ille verus est thesau-
rus domini: qui operatur quod sanguis eius
operatus est. Tunc vas dominici sangui-
nis agnoscitur: cum in utroque viderit re-
demptionem: ut calix ab hoste redimat quos
sanguis a peccato redemit. Quam pulchrum
ut cum agmina captivorum ab ecclesia redi-
muntur: dicatur: Hos christus redemit. Ec-
ce aurum quod probari potest: Ecce aurum
utile: Ecce aurum christi: quod a morte li-
berat: Ecce aurum quo redimitur pudicitia: ser-
vatur castitas. Hos ergo malui vobis libe-
ros tradere: quam aurum reservare. Hic nume-
rus captivorum: hic ordo praestantior est quam spe-
cies poculorum. Huic muneri proficere de-
buit aurum redemptoris: ut redimeret pe-
riclitantes. Agnosco infusum auro sangui-
nem christi: non solum irrutilasse: verum etiam
divinae operationis impressisse virtutem
redemptionis munere. Tale aurum sanctus
martyr Laurentius domino reservavit.
A quo cum quaererentur thesauri ecclesiae: pro-

misit se demonstraturum. Sequenti die pau-
peres duxit. Interrogatus ubi essent thesau-
ri quos promiserat: ostendit pauperes dicens.
Hi sunt thesauri ecclesie. Et vere thesauri
in quibus christus est. in quibus christi
fides est. Denique Apostolus ait: Habemus
thesaurum istum in vasis fictilibus. Quos 2. Corinth.
meliores thesauros habet christus: quam eos 4.
in quibus se esse dixit. Sic enim scriptum est Mathei
Esurivi: et dedistis mihi manducare. Sitivi: et 25.
dedistis mihi bibere. Hospes eram: et collegis-
tis me. Et infra. Quod enim uni horum
fecistis mihi fecistis. mihi fecistis. Quos
meliores Jesus thesauros habet: quam eos in quibus
amat videri. Hos thesauros demonstravit
Laurentius. et vicit: quia eos nec persecutor
potuit auferre. Itaque Joachim qui aurum
in obsidione servabat: nec dispensabat
alimonie comparande: et aurum vidit diripi
et se in captivitatem deduci. Laurentius qui
aurum ecclesie maluit erogare pauperibus.

q̃ perſecutori reſeruare. ꝑ ſingulari ſue
interꝓtationis viuacitate ſacrã martyrij
accepit coronã. Nunquid dictũ ē ſcto Lau-
rentio. Nõ debuiſti erogare theſauros ec-
cleſie. vaſa ſacrametorũ vendere. In quos
vſus vaſa eccleſie ſint diſpartienda. vt
qualiter. quibus ex cauſis. tanti opis
eſt. vt quibus fide ſincera et perſpicaci pro-
uidentia hoc minus impleat. Si ſi
in ſua aliquis deriuat emolumenta
crimẽ ē. Sin vero pauperibus erogat
captiuũ redimit. miſericordia ē. Nemo
enĩ pot dicere. cur paup viuit. Nemo
pot q̃ri. quia captiui redempti ſint. Ne-
mo poteſt accuſare. quia templum
dei edificatũ eſt. Nemo pot indignari.
quia humandis fideliũ reliquijs ſpatia
laxata ſint. Nemo pot dolere. qa in ſepul-
turis chriſtianorũ. requies defunctorũ
eſt. In his tribus generibus vaſa eccle-
ſie etiã initiata cõfringere. cõflare ven-

gere liceret. Opus est ut de ecclesia mystici poculi forma non exeat: ne ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra ecclesiam primum quesita sunt vasa que initiata non essent: deinde comminuta: postremo conflata: per minutas erogationes dispensata egentibus captivorum quoque pretiis profecerunt. Quod si desunt nova: et que nequaquam initiata videantur: in huiusmodi usus quos supra diximus arbitror omnia pie posse converti.

Deposita viduarum imo omnium fidelium in ecclesia cum sui etiam periculo conservanda. Exemplum de Onia et Heliodoro et se ipso et Ticinensi episcopo.

Illud sane et diligenter tuendum est: ut deposita viduarum intemerata maneant. sine ulla serventur offensione: non solum viduarum: sed etiam omnium. Fides enim exhibenda est omnibus: sed maior est viduarum causa et pupillorum. Denique hoc

ſolo viduarum more (ſicut in libris Mac-
.2. Macḡ. habeorum legimus) commendatum templo
.3. omne ſeruatum e[st]. Ita tamen inditum factum eſſet
pecuniarum quas in templo hieroſolimis
maximas recondi poſſe Simon nefarius
Antiocho regi prodidit: miſſus in hieruſa-
lem Heliodorus ad templum venit. et ſum-
mo ſacerdoti aperuit indicij mandatum: et
aduentus ſui cauſam. Tunc ſacerdos
depoſita eſſe dixit viduarum victualia
et pupillorum: quedam autem hircani Tobie
viri ſancti: eaque demonſtrauit. Argenti
talenta quadringenta erant: auri vero du-
centa. Que cum Heliodorus exigere
vellet: et regis vendicare commodis: ſacer-
dotes ante altare iactauerunt ſe. induti
ſacerdotales ſtolas. et deum viuum qui de depoſitis
legem dederat flentes inuocabant cuſtodem
ſe receptorum preſtare ſuorum. Vultus ve-
ro et color ſummi ſacerdotis immutatus:
declarabat dolorem animi: et metus inten-
tem ſollicitudinem. flebant omnes. et

in contemptu locus venturus foret
si nec in dei templo tuta fidei serua-
retur custodia: accinteque mulieres per-
tib· ⁊ clause virgines pulsabant ianu-
as: ad muros alij currebant: per fenest-
ras alij prospectabant: omnes ad celum ten-
debant manibus: orantes: ut suis do-
minus adesset legibus. Heliodorus autem
nec his terretur. quod intenderat urge-
bat. ⁊ satellitibus suis erarium sepserat.
Tunc subito apparuit illi terribilis eq-
ues: armis fulgens aureis: equus autem
eius erat insigni ornatus opertorio.
Alij quoque duo iuuenes apparuerunt
in uirtute inclita. decore grato. cum
splendore glorie: speciosi amictu: qui
circumsteterunt eum: ⁊ utraque ex parte
flagellabant sacrilegum: sine ulla inter-
missione continuato verbere. Quid mul

ta. Circumfusus caligine in terram co-
cidit: et evidenti divine operationis
indicio examinatus iacebat: nec ul-
la spes in eo residebat salutis. Oborta
est leticia metuentibus: metus su-
perbis: deiectique ex amicis Heliodori
quidam rogabant Oniam ut vitam pos-
ceret ei: qui supremum gerebat spiritum.
Rogante itaque sacerdote summo: iide
iuvenes iterum Heliodoro apparuerunt
iisdem amicti vestibus: et dixerunt ad
eum: Onie summo sacerdoti gratias age:
propter quem tibi vita est reddita. Tu autem
expertus flagella dei: vade et nunctia
cunctis omnibus: quanta cognoveris tem-
pli religione: et dei potestate. His dictis
non comparuerunt. Heliodorus itaque re-
texto sermone: hostiam deo obtulit: Onie sa-
cerdoti gratias egit: et cum exercitu ad rege
revertitur: dicens. Si quem habes hoste

aut inſidiatorem rerum tuarum: illum enim
dirige. 7 flagellatum recipies eum. Serua(n)
da e(st) igitur fili depoſitis fides· adhiben
da diligentia. Eccleſie huius veſtrum egi
teſtis miniſterium: ſi ſuſcepta impreſſio
potentis qua vel vidua vel orphanus
tollerare non queant· eccleſie ſubſidio re
ſiſtatur. Si oſtendatis plus apud vos ma
datum dei: quam diuitis valere gratiam. Ille
miniſtris iſti quotiens aduerſus regales
impetus pro viduarum: immo omnium depo
ſitis certamen ſubierunt. Commune hoc
vobiſcum e(st) nimis recens exemplum eccleſie Ti
cinenſis opera que vidue depoſitum quod ſuſ
ceperat amittere periclitabatur. Interpel
lante enim eo qui ſibi illud imperiali reſcrip
to vendicare cupiebat: clerici contendebant
auctoritatem. Honorati quoque 7 intercesso
res dati: non poſſe preceptis imperialibus
obuiare ferebant. Regerebat reſcripti for

una directior magister officiorum
statuta agens in rebus imminebat. Quid
plura? Traditum erat. Tamen communicato
mecum consilio: obsedit sanctus episcopus ea
conclavia: ad que translatum illud depositum
vidue cognoverat. Quod ubi non potuit
auferri: receptum sub chirographo est. Pos-
tea iterum flagitabatur ex chirographo.
Preceptum imperator iteraverat: ut ipse
per semetipsum nos conveniret. Negatum
est: et exposita divine legis auctoritate:
et serie lectionis: et Heliodori periculo vix
tandem rationem imperator accepit. Post
etiam temptata fuerat obreptio: sed prevenit
sanctus episcopus ut redderet vidue quod
acceperat. Fides enim salva est: oppressio
non est formidini: quia res non fides periclitatur.

Qui fugiendi: et qui sint in bono zelandi:

Filij fugite improbos: cavete invidos.

Inter improbum et inuidum hoc interest.
Improbus suo delectatur bono: inuidus tor-
quetur alieno. Ille diligit mala: hic bona
odit: ut prope tollerabilior sit: qui sibi vult
bene: quam qui mala omnibus. Filij ante
factum cogitate: et cum diutius cogitaueritis:
tunc facite quod probatis. Laudabilis mors
cum occasio datur: rapienda est illico. Dila-
ta gloria fugit: nec facile comprehenditur.
Fidem diligite: qui per fidem et deuotionem
Josias magnum sibi ab universis amo-
rem acquisiuit: qui celebrauit pascha
domini: cum esset annorum decem et octo: quem-
admodum nemo ante eum. Zelo itaque ut dicit
superiores: et ita et vos filij zelum dei sumi-
te. Exquirat vos dei zelus et deuoret: ut
unusquisque vestrum dicat: Exquisiuit me ze-
lus domus tue. Apostolus christi zelotes dic-
tus est. Unde de Apostolo dicto: Ipse dominus ait: Ze- Ps. 68:
lus domus tue comedit me. Sit ergo inter- phil. 4
vos dei zelus: non iste humanus quem inuidia

generat: Sit inter vos pax: q̄ sup om̄
sensū ē. Amate vos invicē. Nihil charitate dulcius: nihil pace gratius. Et
vos ipsi scitis: q̄ ego teneris vos semp dilexi
et diligo. Quasi unius patris filij, co-
alistis in affectu germanitatis. Que bo-
na sunt tenete: et deus pacis et dilectionis
erit vobiscū in dn̄o Jesu: cui est honor
gloria. magnificentia. potestas. cum spi-
li. 3. inc: ritu sancto in secula seculorum Amen.

Et sancti et in quiete magna operē-
tur et mira: ostendit et Moyse et
Ex tertio Libro Heliseo Officiorum

David pphēta docuit nos: tanq̄ in am-
pla domo deambulare in corde nostro.
et conversari cū eo tanq̄ cū bono contu-
bernali. ut ipse sibi diceret. et loqueretur
secū: ut ē illud: Dixi: custodiā vias me-
ps. 38. as. Salomon quoq; filius eius ait:
proverb: 5. Bibe aquā de tuis vasis: et de puteorū
tuorū fontibus. hoc ē: tuo consilio utere.

Aqua enim alta: consilium in corde viri.
Nemo igitur alienus particeps sit tibi:
fons aque tue sit tibi proprius et iocundare
cum uxore tua: que est tibi a iuventute.
Cervus amicitie et pullus gratiarum
confabulentur tecum. Non ergo primus
Scipio sciuit solus non esse cum solus
esset: nec minus negociosus cum
ociosus esset. Sciuit autem ipsum Moyses:
qui cum taceret clamabat: cum ociosus
staret proeliabatur: nec solum proeliabatur.
sed etiam de hostibus quos non contigerat
triumphabat. Adeo ociosus ut manus
eius alii sustineret. nec minus quam
ceteri negociosus qui ociosis manibus
expugnabat hostes: quos non poterant
vincere qui dimicabant. Ergo Moy-
ses et in silentio loquebatur: et in ocio opera-
batur. Cuius autem maiora negocia.
quam huius ocia: qui quadraginta diebus
positus in monte. totam legem complexus est.

et in illa solitudine qui cum deo loqueretur
ps. 48. non defuit. Unde et David ait: Audiam quid
loquatur in me deus. Et quanto plus est
si cum aliquis deus loquatur quam ipse secum.
Transibant apostoli: et umbra eorum cura-
3. reg. 17. bat infirmos. Tangebantur vestimen-
ta eorum et sanitas deferebatur. Sermone
locutus est Helias: et pluvia stetit: nec
cecidit super terram tribus annis et sex
mensibus. Iterum locutus est: et hydria fa-
rine non defecit, et vas olei toto famis di-
uturne tempore non est exinanitum. Et quia
plerosque delectant bellica: Quid est pres-
tantius exercitus magnus latentis:
an solius meritis contulisse plurimum. Se-
4. reg. 6. debat Heliseus in uno loco: et rex Syrie
magnam belli molem inferebat popu-
lo patrum: diversisque consiliorum acerba-
bat fraudibus: et circumvenire insidiis
moliebatur: sed omnes eius apparatus

pphetā deprehendebat: ⁊ vigore mētis
vel gratia dei vbiqz p̄sens. cogitatioēs
hostiū suis annunctiabat. ⁊ monebat q̄
bus cauerent locis. Quod vbi regi Syrie
manifestū ē: misso exercitu clausit p
pheta. Orauit Heliseus: ⁊ omēs illos
cecitate pcussos fecit: ⁊ captiuos intrare
samariam: qui venerant obsidere eū.
Conferamus hoc ociū cū aliorū ocio.
Alij eū requiescendi causa: abducere
animū a negocijs solent: ⁊ a conuentu
ceterisqz hoīm subtrahere sese: ⁊ aut ruris
petere secretū: captare agrorū solitudi
nes. aut intra vrbē vacare animo: in
dulgere quieti ⁊ tranquillitati. Heliseus
aut aut in solitudine iordanē transitu suo
diuidit: vt pars defluat posterior. superior
aut in fronte recuruat. aut in carmelo
resoluta difficultate generandi: in proxima
ta sterile conceptione fecundat. aut
resuscitat mortuos: aut ciborū temperat

amaritudines: ꝛ facit farine admixtio
ne dulcescere: aut decē panibus distri
butis reliquias colligit plebe satiata:
aut ferrū securis excussum: ꝛ in flu
uij iordanis mersum ꝓfundo misso i
aquas ligno facit supnatare: aut e
mundatione leprosorū. aut siccitatem
imbribus: aut famem mutat fecundi
tate. Quādo ergo iustus solus ē: qui cū
deo semꝑ ē: Quādo solitarius ē: qui nū
q̄ separat a christo. Quis nos inquit
Roma: 8. separabit a dilectione christi? Cōfido
quia neq mors. neq vita. neq āgelus
Quādo aut feriat a negocio: qui nūq feria
tur a merito: quo consumat negotium.
Quibus aut locis circūscribit: cui totus
mūdus diuitiarū possessio ē? Qua esti
matione definitur: q nūq opinione
cōprehenditur? Etenī q̄si ignoratur
et cognoscitur: quasi moritur et ecce
viuit: quasi tristis ꝛ semper letior.

vt eximius et largus: vt qui nihil habe-
at et possideat omnia. Nihil enim spectat
vir iustus: nisi quod constans et honestum
est. Et ideo etiam si alij videatur pauper: sibi
diues est. qui non eorum que caduca sed
eorum que eterna sunt: estimatione censetur.

Honestum et vtile apud christianos vnum esse: qui non commoditate temporalia sequuntur sed eterna.

Et quoniam de duobus superioribus lo-
cis diximus: in quibus honestum illud
et vtile tractauimus. sequitur vtrum hones-
tate et vtilitate inter se comparare de-
beamus: et querere quid sit sequendum.
Sicut enim supra tractauimus: vtrum hones-
tum illud an turpe esset: et secundo loco: vtrum
vtile an inutile: similiter hoc loco vtrum
honestum sit an vtile: nonnulli requirendum
putant. Nos autem monemus: ne hec
inter se velud compugnantia inducere

videamur: que iam supra unum esse
ostendimus: nec honestum esse posse nisi
quod utile: nec utile nisi quod honestum:
quia non sequimur sapientiam carnis
apud quam utilitas pecuniarie istius
commoditatis pluris habetur: sed sapi-
entiam que ex deo est: apud quam ea que in hoc
seculo magna estimantur pro detrimento
habentur. Hoc enim catorthoma quod
perfectum et absolutum officium est: a vero vir-
tutis fonte proficiscitur. Cui secundum
est commune officium: quod ipso sermone
significatur: non esse ardue virtutis
ac singularis. quod potest plurimis esse
commune. Nam pecunie compendia capta-
re familiare multis: elegantiori convi-
vio et suavioribus delectari epulis usita-
tum est. Ieiunare autem et continentem esse pau-
corum est: et alieni cupidum non esse rarum est.
Contra autem detrahere velle alteri et non
esse contentum suo. Nam in hoc cum plerisque

consortiū ē. Alia igitur prima: alia me-
dia officia. Prima cū paucis: media cū
plurimis. Denique in ijsdē verbis fre-
quenter discretio est. Aliter enim bonū
deū dicimus: aliter hoiem. Quod et
in euangelio docemur: Estote ergo vos Mathei: .5.
pfecti: sicut et pr̄ vr̄ q in celis ē per-
fectus est. Ipsū paulū lego pfectū et nō
perfectū. Nam cū dixisset: Nō quod iā phil: 3.
acceperim: aut iā perfectus sim: sequar
aut sic ut comphendā: statim subiecit:
Quicunque aut pfecti sumus. Duplex ē enim
forma perfectionis: Alia medios: alia
plenos numeros habens. Alia hic. alia
ibi. Alia scdm hois possibilitatē: alia se-
cundū perfectionē futurā. Deus aut
iustus per omnia. sapiens super oia.
perfectus in omnibus. Inter ipsos quoque
hoies distantia ē. Aliter Daniel sapiens:
de quo dictū est: Quis Daniele sapien-
tior: aliter alij sapientes. Aliter Salo Ezechie: .28.

mon: qui repletus ē ſapientia ſup
omnē ſapientiā antiquorū. 7 ſuper
omnes ſapientes egypti. Aliud ē enī
cōmuniter ſapere. aliud ſapere per-
fecte. Qui cōmuniter ſapit: ꝑ tempo-
ralibus ſapit: pro ſe ſapit. vt alteri de-
trahat aliquid: 7 ſibi adiungat. Qui
ꝑfecte ſapit. neſcit ſua ſpectare co-
moda. ſed ad illud quod eternū ē. quod
decorū atq; honeſtū toto affectu intendit
q̄rens nō quod ſibi vtile eſt. ſed quod
omnibus. Itaq; hec ſit formula. vt int
duo illa honeſtum atq; vtile errare ne-
queamus: eo ꝙ iuſtus nihil alteri de-
trahendū putet: nec alterius incom-
modo ſuū cōmodū augeri velit. Hanc for-
mā tibi preſcribit Apoſtolus dicens: Om-
nia licet: ſed nō oīa expediunt. Omnia
1. Corith. 10. licent: ſed nō oīa edificant. Nemo quod
ſuū ē querat: ſed quod alterius. Hoc eſt:
cōmodium ſuū querat: ſed alterius. nemo

honorem suum querat. sed alterius. Unde
et alibi dicit. Alter alterum existimantes supe- Phil: 2.
riorem sibi: non que sua sunt singuli cogitan-
tes: sed que aliorum. Nemo etiam suam gratiam
querat. nemo suam laudem sed alterius. Et
euidenter etiam in prouerbijs declaratum
esse aduertimus: dicente sancto per Salo-
monem spiritu. Fili si sapiens fueris: tibi
sapiens eris. et proximis. Si autem malus
euaseris. solus hauries mala. Sapiens
enim alijs consulit sicut sibi ipsi: quandoqui-
dem consors sui est vtriusque forma virtutis.

De calumnia reprimenda: et beneficentia cunctis exhibenda. Exemplum de harmonia membrorum: que singula singulis obsequuntur.

Qui quis igitur vult placere omnibus
per omnia: querat non quod sibi vtile est:
sed quod multis. sicut querebat et Paulus.
Hoc est enim conformari christo: alienum non

querere: nihil alteri detrahere vt ag-
rat ſibi. Chriſtus enī cum eſſet ī for-
ma dei: exinaniuit ſe ut formā ſuſci-
peret hominis: qua operū ſuorū com-
pletaret virtutibus. Tu ergo expolias:
quē chriſtus induit! Tu exuis: quē veſ-
tiuit chriſtus! Hoc enī agis: quando al-
terius detrimēto: tua cōmoda augeri
expetis. Conſidera o homo: vnde nomē
ſumpſeris: ab humo vtiqꝫ que nihil cui-
quam eripit: ſed omnia largitur omnibus:
et diuerſos in vſum omniū animātiū
fructus miniſtrat. Inde appellata hu-
manitas: ſpecialis et domeſtica vir-
tus hominis: q̄ conſorte adiuuet. Ipſa
te doceat forma tui corporis: mēbrorumqꝫ
vſus. Nunquid membrū tuū alterius
membri offitia ſibi vendicat: vt oculus
offitiū oris: aut os oculi offitiū ſibi ven-
dicet: aut manus pedū miniſterium.
aut pes manuū! Quin etiā ipſa manus
dextra ac ſiniſtra diſpartita habet of-
fitia pleraqꝫ: vt ſi vſum cōmutes vtriuſqꝫ

aduersũ naturã sit: priusqꝫ totũ hoiem
exuas q̃ membrorũ tuorũ ministeria
conuertas: si aut de sinistra cibũ sug=
geras: aut de dextera fungaris de minis=
terio sinistre: vt reliquias ciborũ abluas
nisi forte postat necessitas. finge tant
et da oculo virtutem: vt possit detrahe=
re sensum capiti auditũ auribus. menti
cogitationes. odoratũ naribus. ori sa=
porem et sibi cõferat: nonne cẽm statũ
dissoluet nature? Vnde pulchre Aptus
ait: Si totũ corpus oculus: vbi auditus?
Si totũ auditus: vbi odoratus? Omnes .1. Corint. .12.
ergo vnũ corpus sumus 7 diuersa me=
bra: sed oia corpori necessaria. Non
enĩ pot membrũ mẽbro dicere. nõ est
mĩ necessariũ. quin etiã ipa que vide=
tur infirmiora mẽbra esse: multo
magis necessaria sunt 7 maiorẽ ple=
rũqꝫ tuendi se requirunt sollicitudinem.
Et si quid dolet vnũ membrũ: cõpati=
untur ei mẽbra oia. Vnde q̃ plane ẽ

vt detraheremus aliquid ei cui nos co-
pati oportet: 7 cui debemus consortiu(m)
ministerij ei fraudi 7 noxe simus.
Hec vtiq(ue) lex nature e(st). q(ue) nos ad om(n)e(m)
strinxit humanitate(m): vt alter alteri tanq(uam)
vnius p(ar)tes corporis mutue deferam(us)
Nec detrahendum quicq(uam) putemus:
cu(m) contra naturale(m) lege(m) sit. no(n) iuua-
re. Sic e(ni)m nascimur vt consentiant
membra membris: 7 alteru(m) alteri adhe-
reat. no(n) obsequat(ur) sibi mutuo ministe-
rio. Q(uo)d si vnu(m) desit officio suo: impedi-
antur 7 cetera. Q(uo)d si eruat oculu(m) manus
no(n)ne sibi op(er)is sui vsu(m) negauit. Si
pede(m) vulneret. quantoru(m) sibi actuu(m) pro-
fectu(m) inuiderit. Et quanto grauius e(st) totu(m)
ho(m)i(n)e(m) q(uam) vnu(m) membru(m) detrahi. Iam si in
vno membro totu(m) corpus violatur vti-
q(ue) in vno ho(m)i(n)e communio totius huma-
nitatis soluit(ur): violat(ur) generis huma-
ni 7 sancte eccl(esi)e congregatio. q(ue) in vnu(m)
co(n)uenit corpus atq(ue) co(n)sortiu(m) vnitate fidei

et charitatis assumpsit. Christus quoque do-
minus qui pro universis mortuus est mer-
cede sanguinis sui evacuatam dolebit.
unde et lex etiam ipsa dum hanc formam tene-
dam edocet: ut nihil alteri detrahas tui
commodi servandi gratia. cum dicit Non trans-
feras terminos antiquos quos statuerunt
patres tui: cum vitulum errantem fratris tui
reducendum precipit. cum furem mori
iubet: cum vetat mercenarium debita mer-
cede fraudari. cum pecuniam sine usuris
reddendam censet. Subvenire enim non
habenti humanitatis est: durities autem
plus extorquere quam dederis. Etenim si ideo
inops auxilio tuo eguit. quia non habuit
unum de suo redderet. nonne impium est si sub
humanitatis simulatione amplius ab
eo postas quam non habeat unum minus solveret.
Absolvis igitur alteri debitorem. ut condemnes tibi
et hanc humanitatem vocas: ubi est iniquitatis
auctio. Hoc prestamus ceteris animantibus

quod alia genera animantium conferre
aliquid nesciunt. fere autem capiunt. homines
ps 36: tribuunt. Unde et psalmista ait: Iustus mise-
retur et tribuit. Sunt tamen quidam et fere que
ferant. Et quidem collatione sobolem filiam
nutriunt. et aves cibo pullos satiant suos.
Homini autem soli tributum est. ut omnes tamquam
suos vastat. Debet istud nature iure: quod
si non licet non dare: quo detrahere licet.
Nec ipse leges nos docet: quod ea que detracta sunt
alicui cum iniuria plus quam ait rei ipsius
cumulo restitui iubent quo fere [illegible]
a detrahendo. aut pena deterreat. aut
multa terreret. Pone tamen quod aliquis
possit aut penam non timere: aut multe
illudere. Aliquid dignum est ut aliquis alteri
detrahat. Detrimentum hoc vitium et familia-
re ultime conditioni: adeo contra naturam.
ut inopia magis hoc extorquere videatur.
quam natura suadere. Secundo cum tu multa

furta divitū rapine publice. Quid autem tam contra naturam quam violare alterum sui commodi causa: Immo pro omnibus conturbandū: subeundas molestias: suscipiendū laborē: naturalis affectus persuadeat. Et gloriosum uniuique ducatur. si periculis propriis querat universorum tranquillitatem. multoque sibi unusquisque arbitretur gratius expedivisse patrie depulisse: quam propria pericula: prestantiusque esse existimet. quod opera sua patrie impenderit. quam si in ocio positus tranquillam vitam voluptatum copiis fultus egisset

Famis tempore subveniendum: nec avare parcis in cubandum: vel precia captanda. Exempla de Joseph: et diuite avaro in evangelio ./.

Non vincat igitur honestatem utilitas: sed honestas utilitatem. Hanc dico utilitatem: que estimatur secundum vulgi opinionem. Mortificetur avari

tia: moriatur concupiscentia. Sanc-
tus in negotiatione introisse se negat.
prouerb: quia p̄cia cū captare incrementa. nō
11: simplicitatis: sed versutie est. Et alius
ait: Captans p̄cia frumenti: maledictus
in plebe e. Definita est sententia. nihil
disputationi relinquens: q̄le totiens si
arcū genus solet dicendi esse. cū alius
alleget agriculturā laudabile apud om-
nes haberi fructus terre simplices ee
ripsos. plus qui seminauerit eū vbari-
ore in fore: vberiores reditus industrie nō fraudari: negligentia magis
7 inertiā ciuis inculti reprehendi sole-
re. Araui inquit studiosius. vberius
seminaui. diligentius excolui. bono
collegi prouentu. sollicitius recondi. ser-
uaui fideliter: prouide custodiui. Nunc
nis ipse famis vendo: subuenio esurien-
tibus. vendo frumentum nō alienum
sed meū: nō pluri q̄ ceteri. immo etiā
minori precio. Quid hic fraudis est.

cuius multi posset periclitari si non ha-
beret quod ipse emeret. Vnde industria cri-
men vocatur? Vnde diligentia reprehenditur?
Vnde prudentia vituperatur? Forte ditat.
Et Joseph frumenta abundantia collegit: in
charitate vendidit. Vnde carius aliquibus eme-
re compellit? Vnde vis adhibetur emptori?
Omnibus defertur emendendi copia:
nulli irrogatur iniuria. Eris igitur quan-
tum cuiusque fecit ingenium dispertatis: erri-
git alius diteus. Bona quidem agricultu-
ra que fructus ministrat omnibus que simpli-
industria accumulat terrarum fecundita-
tem: nihil doli: nihil fraudis interse-
rens. Denique si quid vitij fuerit: plus
dispendij est. Gloria si bene aliquis semi-
nat melius metet. et si sincerum tritici
granum seminaverit. puriore ac since-
ram messem colliget. Fecunda terra mul-
tiplicatum reddit quod acceperat. fidelis
ager feneratos solet restituere prouentus.

De redditibus igitur uberis plebe ex
spectare debes tui mercedē laboris: de
fertilitate pinguis soli: iusta sperare co
pendia. Cur ad fraudē cōuertis nature
industriā 7 indulgentiā? Cur inuides
usus hoīm publicos partus? Cur popu
lis minuis abundantiā? Cur affectas
inopiā? Cur optari facis a pauperibus
sterilitatē? Cur enim nō sentiat beneficia
fecunditatis. te auctionante preciū. te con,
dente frumentū. optant potius nihil nas
ci: q̄ te de fame publica negotiari. Am
bis frumentorū indigentiā. alimentorū
penuriā: uberis soli partus ip̄emissis
fles publicā fertilitatē. Horrea frumēto ple
na deploras: exploras quomodo sterilior
prouentus sit: cū exilior partus. votis
tuis gaudes accidisse maledictū. ut
tunc nihil nasceretur. Tunc messem
tua venisse letaris. cum ti de omniū
miseria cōperis opes 7 tunc tu indus

triam vocas: hanc diligentiam nomi
nas quam calliditatis versutia que astutia
fraudis est et hoc tu remedium vocas quod
est commentum nequitie. Latrocinium
hoc an fenus apellem? Captatur tamquam
latrocinij tempora quibus in viscera ho
minum dirus insidiator obrepat. Au
getur precium tamquam sorte cumulati feno
ris quo periculum capitis acervatur. Tibi
condite frugis multiplicatur usura: tu
frumentum quasi fenerator occultas: quasi
venditor auctionaris. Quid impre
caris male omnibus: quia maior
futura sit fames. quasi nichil fru
menti supersit. quasi infecundior annus
sequatur. Lucrum tuum dampnum publicum
est. Joseph sanctus omnibus aperuit
horrea non clausit: nec precia captavit
annone. sed perhenne subsidium collo
cavit. nichil sibi acquisivit: sed quemad
modum fames etiam in posterum vince

retur. prouida ordinatione disposuit.
Legisti quemadmodum dominus hunc frumentarium pre-
cij captatorem exponat in euangelio do-
minus Jesus: cuius possessio diuites fruc-
tus attulit: et ille quasi egens dicebat. Quid
Luce 12: faciam non habeo quo congregem. Destruam
horrea mea: et maiora faciam. cum scire
non posset. utrum sequenti nocte anima
sua ab eodem reposceretur. Nesciebat quid
faceret: quasi ei alimenta deessent: herebat
ambiguus. Non capiebat horrea annonam:
et ille se egere credebat. Recte igitur
prouer. 11: Salomon: Qui continet inquit fru-
mentum: relinquet illud nationibus
non heredibus: quia auaritie emolu-
mentum ad successorum iura non perue-
nit. Quod non legitime acquiritur: quasi
ventis quibusdam ita extraneis di-
ripientibus dissipatur. Et addidit: Cap-
tans annonam maledictus in plebe est.

benedictio aut eius in capite qui par-
ticipat. Vides ergo q̄ longe a frume-
ti esse debeat nr̄i captatore. Non est
igitur ista utilitas in qua plus hones-
tati detrahitur q̄ utilitati adiungitur.

**Peregrinos p̄ famis urbe nō arcē-
dos: quod nō solū inhonestū sed et
inutile ꝓpositis cōprobatur exemplis.**

Sed et illi qui peregrinos urbe ꝓhibent
nequaquā ꝓbandi. expellere eo tempore
quo debeant iuvare: separare a comer-
ciis communis parentis fusos omnibus
partus negare. inita iam consortia
vivendi aversari: cū quibus fuerit
communia iura: cū his nolle in tēpore
necessitatis subsidia partiri. Ferre nō
expellunt feras et homo excludit ho-
minē. Fere ac bestie commune putant
omnibus victū que terra ministrat.
Ille etiā conformē sui generis adiuvat

homo impugnat: qui nihil a se alie
num debet credere quicquid humani est
quanto illi rectius qui cum iam provecta processis
set etate: et fame tolleraret civitas: atque
ut in talibus solet: peteret vulgo: ut pe
regrini urbe prohiberentur: prefecture
urbane curam ceteris maiore sustinens:
convocatos honoratos: et locupletiores vi
ros poposcit ut in medium consulerent:
dicens: tam inhumanum esse peregri
nos eici: quam hominem ex homine exui: quibus
morientibus negaret. Canes ante mensam
impastos esse non patimur: et homines ex
cludimus. Quam inutile quoque tot po
pulos mundo perire: quos dira confecerat
tabes: tantos urbi sue perire: qui solerent
adiumento esse: vel in conferendis sub
sidiis. vel in celebrandis commerciis:
neminem famem alienam iuvare: trahe
re ut plurimum diem posse: non inopiam
repellere: immo tot cultoribus extinc
tis: tot agricolis occidentibus: occasura

in perpetuum subsidia frumentaria. Hos
igitur excludimus qui victum nobis infer
re consueuerunt. Hos volumus in tempore
necessitatis pascere: qui nos omni etate
pauerunt. Quanta sunt que ab ipsis nobis
hoc ipso tempore ministrantur. Non in Deutr. 8.
solo pane viuit homo. Nostra hic familia
plerique etiam nostri parentes sunt. Redda
mus quod accepimus. Sed veremur: ne
cumulemus inopiam. Primum omnium
misericordia numquam destituitur: sed adiu
uatur. Deinde subsidia annone que his
impartienda sunt collatione redimamus:
reparemus auro. Nunquid his deficienti
bus: non alii nobis redimendi cultores
videntur. Quanto vilius est pascere quam eme
re coltores. Ubi etiam repares. Ubi inve
nias quem reformes. Adde: si inueni
as quem ignarum et alieni usus: numero
possis substituere: non cultui. Quid plu
ra. Collato auro: coacta frumenta sunt.
Ita nec abundantia urbis minuit: et

peregrinis alimenta subministravit.
Quante hoc commendationis apud deum
fuit sanctissimus servi. Quante apud ho-
mines glorie. Hic magnus vere probatus
qui vere potuit imperatori dicere demon-
strans prudentie totius populos. Hos tibi
omnes reservavi. Qui vivunt beneficio
tui senatus. Hos tua cura iam morti
abstulit. Quanto hoc utilius quam illud
quod proxime tempore factum est. eiectos es-
se urbe amplissima. que iam plurimam illi
etate transegerat. flentes cum filiis a-
disse. quibus velut civibus ad mortem ex-
ilium deploraret. interruptas complurium
necessitudines. direptas affinitates. Et
certe acciderat anni fecunditas. innu-
tio urbis sola egebat frumento. potuisset
iuvari. si peteret ab italis frumentum.
quorum filii expellebantur. Nihil hoc tur-
pius. excludere quasi alienum. et exigere quasi
suum. Quid illum existimas. qui de suo pascit. Quid

illum exigis: qui te pavit. Verum retines:
tudis parentem. frumentum suscipis:
nec affectum impartis. Victum extorques:
nec rependis gratiam. Quam deforme hoc:
quam inutile. Quomodo enim potest utile esse quod non
decet. Quantis corporatorum subsidiis:
dudum roma fraudata est. Potuit et illos non
amittere: et evadere famem: expectatis ven-
torum opportunis flatibus. et speratarum co-
meatum navium. Quam vero illud superius hones-
tum atque utile. Quid enim tam decorum atque ho-
nestum. quam collatione locupletum iuvare ege-
tes. ministrare victum esurientibus nulli
cibum deesse. Quid tam utile: quam cultores agro-
rum reservari: non interire plebem rusti-
canorum. Quod honestum igitur et utile est. et
quod utile honestum. E contra quod inutile
indecorum quod autem indecorum: id etiam inutile.

Honestatem saluti quoque plurimum a deo
comprobari. Exempla de Josue et Caleb: vacat
et ceteris exploratoribus

fraudes et turpia lucra clericos maxime

dederere: 7 oes honestate Dauid 7 Nabuthe imitari debere:

Nihil itaqz deformius: q nullu habere amore honestatis 7 vsu quoda degeneris mercatiõe questu sollicitari ignobili: auaro estuare corde: diebus ac noctibus inhiare in alieni detrimeta patrimonij: no eleuare ad honestatis nitore. no considerare vere laudis pulchritudine. Hinc nascunt' acupia qsite hereditatis. continentie atqz grauitatis simulatione captare quod abhorret ppositu christiani viri. Omne enim quod arte elicitu 7 fraude copositu e. caret merito simplicitatis. In ipso q nullum ecclesiastici ordinis officiu cere perint incongrua iudicat' affectate ambitione hereditatis. In supmo fine vite positos suu hre iudiciu vt libere testent' quod sentiunt: q postea no sint emendaturi: cu honestu no sit corrupterea compendia alijs vel debita: vel parata auertere: cu vel sacerdotis vel ministri sit pdesse si fieri pot omnibus: obesse nemini. Deniqz

si non potest alteri subveniri: nisi alter le-
datur: commodius est neutrum iuvari quam gra-
vari alterum. Ideoque in his causis pecuni-
ariis intervenire non est sacerdotis in quibus
non potest fieri: quin frequenter ledatur alter
qui vincitur: quia intercessoris beneficio se
victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli
nocere: prodesse velle omnibus. posse autem
solius est dei. Nam in causa capitis nocere
ei quem iuvare debeas periclitantem non
sine peccato est gravi. In causa autem pecu-
nie odia querere insipientie est. cum pro salu-
te hominis graves frequenter fiant molestie.
in quo etiam periclitari gloriosum sit. Pro-
posita igitur forma in sacerdotis offi-
cio teneatur. ut nulli noceat. ne la-
cessitus quidem et aliqua iniuria affectus.
Bonus est enim vir qui dixit: Si reddidi
retribuentibus mihi mala. Que enim
est gloria. si eum non ledimus. qui nos non ps. 7
leserit. Sed illa virtus est. si lesus re-
mittas. Quam honestum. quod David cum potuisset

regi inimico nocere: maluit parce-
re. Est etiã utile: successori ħat profuit: ut
discerent omnes fidem regi ꝓprio serua-
re: nec usurpare imperiũ. sed vereri. Itaqȝ
7 honestas utilitati plata ē. 7 utilitas secu-
ta ē honestate. Parũ ē q̄ pepcit: addi-
dit q̄ etiã in bello doluit occisũ: flebiliter
2. reg. 1. deplorauit dicens: Montes q̄ estis in gel-
boe neqȝ ros neqȝ pluuia cadat sup vos.
Montes mortis: qm̄ ibi sublata ē ꝓtectio
potentiũ: ꝓtectio Saul. Nō ē vnctus in
oleo: sed sanguine vulneratorũ 7 ex adipe
belli peracciũ. Sagitta Jonathe nō est
retro reuersa: 7 gladius Saul nō est
reuersus vacuus. Saul 7 Jonathas
speciosi 7 charissimi: inseparabiles in vita
sua. 7 in morte nō sũt separati. Super
aquilas leuiores: sup leones potentiores.
filie israhel plorate sup Saul: q vestiebat
vos vestimēta coccinea cũ ornamento
vr̄o: q imponebat aurũ sup vestimēta
vr̄a. Quō ceciderunt potentes in media

pugna? Jonathas in morte vulneratus
est. Doleo in te frater mi Jonatha: speciosus mihi
valde. Ceciderat amor tuus in me: sicut amor
mulierum. Quomodo ceciderunt potentes: et perie-
runt arma concupiscenda? Quae mater
unicum sic defleret filium: quemadmodum hic
defleuit inimicum? Quis gratie auctore
tantis prosequeretur laudibus: quantis
iste prosecutus est insidiatorem capitis sui?
Quam pie doluit: quanto impendit affectu?
Aruerunt montes prophetico maledicto: et di-
uina vis sententiam maledicentis im-
pleuit. Itaque pro regie necis spectaculo
penam elementa soluerunt. Quid vero de sac- 3 reg.
to Nabuthe? Quae fuit causa mortis nisi
honestatis contemplatio? Nam cum ab eo vine-
am rex posceret: pecuniam daturum se pol-
licens: indecorum pretium paterne recu-
savit hereditatis: maluitque morte decli-
nare huiusmodi turpitudinem. Non mihi inquit
fiat a domino: ut dem tibi hereditatem pa-
trum meorum. Hoc est tantum mihi opprobrium

non fiat: non permittat deus tantum extor-
queri flagitium. Non utique de vitibus deus dicit. Neque
enim de vitibus cura est deo: neque de terreno
spatio: sed de iure loquitur patrum. Potuit
utique et alteram vineam de vineis regis ac-
cipere: et amicus esse: in quo non mediocris
seculi huius utilitas estimari solet: sed quod
turpe erat iudicavit non fieri vel videri
utile: maluitque periculum cum honestate
subire: quam utilitatem cum opprobrio. Vulga-
rem utilitate loquor: non illam in qua etiam
honestatis gratia est. Denique et ipse rex po-
tuit extorquere: sed impudens arbitratus ba-
sed occisum doluit. Dominus quoque mulieris
immanitatem: que honestatis immemor tur-
pe ante tulit lucrum: congruo supplicio
plectendam annunciavit. Turpis est itaque
omnis fraus. Denique etiam in rebus vilibus
execrabilis est statere fallacia. et fraudu-
lenta mensura. Si in foro rerum venalium
in usu commerciorum fraus plectitur: potest-
ne irreprehensibilis videri inter officia

virtutum. Clamat Salomon: Pon- prouerb: 20.
dus magnū 7 exiguū: 7 mensure dupli-
ces. inmunda sūt apud deū. Supra qz
ait: Statera adultera abominatio ē dnō:
pondus aut equum. acceptabile est illi.

**Vitia virtutibus oblitterari. et per-
fidis ac etiā fraudulētis fidē opor-
tere custodiri: qd Josue gabaonitis
inuenitur exhibuisse &c**

In omnibus igitur decora est fides:
iustitia grata: mensura equitatis io-
cunda. Quid aut loquar de contractibus
ceteris: ac maxime de coemptione prediorū.
vel transactionibus atqz pactis. Nonne
honestatis formule sūt: dolū malū abes-
se: eūqz cuius dolus fuerit deprehensus: du-
pli pene obnoxiū fore. Ubiqz igitur ho-
nestatis preponderat cōsideratio. q̄ dolum
excludit fraudem eicit. Unde recte gene-
ralem David propheta posuit sententiā dicēs.
Nec fecit proximo suo malū. Nō solū itaqz ps. 14.

in cōtractibus in quibus etiā vitia eo
rū q̄ veneunt prodi iubent. ac nisi in
timauerit venditor. q̄uis in ius emp
toris transcripserit doli actione vacu
antur. Sed etiā generaliter dolus in om
nibus abesse debet. aperienda simplicitas
intimanda veritas est. Veteres aut̄ istā
de dolo nō iurisperitorū formulā. sed
patriarcharū sententiā scriptura diuina
euidenter expressit in libro testamenti
veteris. Iesū naue inscribitur. Nā cū
exisset fama p̄ populos. siccatū ēē mare
in hebreorū transitu. fluxisse aquam
de petra. de celo diurnā ministrari alimo
niā. tot populi milibus abundante. cor
ruisse muros Iericho. sacro tubarū sono
ictos 7 vlulatu plebis arietatos. gethcorū
quoq3 rege victū 7 suspensū in ligno
vsq3 ad vesperā. gabaonite metuentes
validam manū. venerūt cū versutia
simulantes se de terra longinqua esse.
diuq3 peregrinatos diruppisse calciamēta.
detriuisse amictus vestiū. quarū veteres

tentium iudicia monstraret. Causam
aut tanti laboris enucleare patris: et me-
unde cum hebreis esse amicitie cupidi-
tate: et petierunt ab Jesu naue poscere ut
secum firmaret societatem. Et quia adhuc
erat ignarus locorum: atque incolarum nesci-
us: non cognovit fraudes eorum. neque do-
minum interrogavit. sed cito credidit.
Ideo sancta erat illis temporibus fides
ut fallere aliquos posse non crederetur.
Quibus hoc commendat in sanctis. quod cete-
ros de suo affectu estimaverunt. Et quibus ipsos
amica est veritas: mentiri neminem pu-
tant: fallere quid sit ignorant: libenter
credunt quod ipsi sunt: nec possunt suspec-
tum habere quod non sunt. Unde Salomon Prover. 14
ait: Innocens credit omni verbo. Non
vitii peranda facilitas. sed laudanda bo-
nitas. Hoc est innocentem esse: ignora-
re quod noceat: et si circumscribitur ab ali-
quo de omnibus tamen bene iudicat: quia fidem

esse in omnibus arbitratur. Ita igi-
tur meritis sue devotione molitatus
ut cederet: testamentum disposuit: pa-
ce dedit: confirmavit societatem. Sed
ubi in terras ventum est: deprehensa frau-
de: quod cum essent finitimi advenas se
esse simulaverant. circumscriptum sese po-
pulus patrum indignari cepit. Jesus
tum pacem quam dederat revocandum non
censuit: quia firmata erat sacramenti
religione: ne dum alienam perfidiam argu-
eret: suam fidem solveret. Multavit eos
tamen vilioris obsequio ministerii
Clementior sententia: sed diuturnior
Manet enim offitiis pena veteris astu-
cie hereditario in hunc diem ministerio deputata. V.

Quantum periculum Judith ho-
nestatis intuitu subierit.

Ecce tibi Judith se offert mirabilis
que formidatum fortius virum Holofernem adiit.
assyriorum triumphali septum caterva. Que

primo forme gratia et vultus decore
decepit: deinde sermonis sui circumscrip
sit elegantia. Primus triumphus eius
fuit quod integrum pudorem de tabernaculo
hostis revexit. Secundus: quod femina
de viro reportavit victoriam: fugavit
populos consilio suo. Horruerunt persae
audaciam eius. Utique (quod in illis py
thagoreis duobus miratur) non expavit
mortis periculum: sed nec pudoris quod
est gravius bonis foeminis. non vnius
ictum carnificis. sed nec totius exercitus
tela trepidavit. Stetit inter cuneos
bellatorum foemina: inter victricia ar
ma: secura mortis. Quantum ad mo
lem spectat periculi. moritura processit:
quantum ad fidem dimicatura. Honesta
te igitur secuta est Judith. et dum eam sequitur
utilitatem invenit. Honestatis enim fuit
prohibere: ne populus dei se prophanis de
dederet: ne ritus patrios et sacramenta

proderet: ne sacras virgines: viduas
graues: pudicas matronas barbari-
rex subijceret impuritati: ne obsidionem
deditione solueret. Honestatis fuit se
malle pro omnibus periclitari: ut omnes
eximeret a periculo. Quanta honesta-
tis auctoritas: ut consilium de summis rebus
foemina sibi venditaret: nec principi-
bus populi committeret. Quanta honesta-
tis auctoritas: ut deum adiutorem pre-
sumeret: quanta gratia ut inveniret.

Laus honestatis: magnanimi-
tate Hester: et fide Jonathe commen-
datur et Abimelech.

Quid Hester regina: nonne ut populum
suum periculo eximeret (quod erat decorum
atque honestum) morti se obtulit: ne im-
mitis regis trepidavit furorem? Ipse
quoque rex persarum ferox atque tumido
corde: tamen decorum iudicavit indicii insi-

diarū que sibi parate forent gratiam
representare. populumqȝ liberū a servitute
eripere: exuere neci: nec parcere neci eis
qui tam indecora suasisset. Deniqȝ
quē secūdo a se proximū inter omnes
amicos haberet: neci tradidit quod
dehonestatū se eius fraudulentis co
silijs animadvertisset. Ea enī amicitia
probabilis q̄ honestatē tuetur: pferē
da sane opibus. honoribus. potesta
tibus: honestati vero pferri nō solet.
sed honestatē sequi. Qualis fuit Jo
nathe: qui pro pietate nec offensam
patris. nec salutis periculū refugie
bat. Qualis fuit Abimelech. q pro hos
pitalis gratie offitijs necē potius sui
q̄ proditorem fugientis amici subeun
dam arbitrabatur.

De moderatrice amicitia cōser uande: clauditur volumen.

Nihil igitur preferendum honestati.

que tamen ne amicitie studio preterea
tur: etiā hat scriptura admonet. Sunt
enī plereq3 philosophorū questiones.
Utrū amici causa quisquā contra patriā
sentire vel ne debeat: ut amico obe
diat. utrū oporteat ut fide deserat. du
indulget atq3 intēdit amici comodita
tibus. Et scriptura quide ait: Clava 7
gladius 7 sagitta ferrata: sic homo est
testimoniū dans falsū adversus ami
cū suū. Sed cōsidera quid astruat. Non
testimoniū reprehendit dictū in amicū.
sed falsū testimoniū. Quid enī si dei
causa. quid si patrie cogatur aliqs dicere
testimoniū. Nūquid pponderare debet
amicitia religioni: pponderare cha
ritati civiū: In his tū ipsis rebus re
quirenda ē veritas testimonij: ne ami
cus appetatur amici pfidia. cuius fide ab
solui debebat. Amicus itaq3 neque nox
io gratificari debet. neque innocēti insi

proverb. 25.

diari. Sane si necesse sit dicere testimo-
nium: si quid in amico vitij cognoverit cor-
ripere occulte: si non audierit corripere
palam. Sunt enim bone correctiones: et
plerumque meliores. quam tacita amicitia. Et si
ledi se putat amicus. tu tamen corripe. Et
si amaritudo correptionis animum eius
vulneret: tu tamen corripere ne verearis.
Tolerabiliora sunt enim amici vulnera: quam proverb.
adulantium oscula. Errantem amicum corri- 27
pe: innocentem amicum ne deseras. Con-
stans enim debet esse amicitia: perseverare
in affectu. Non puerili more amicos mu-
tare vaga quadam debemus sententia.
Aperi pectus tuum amico: ut fidelis sit
tibi: et capias ex eo vite tue iocunditatem.
Fidelis enim amicus: medicamentum est vite
et immortalitatis gratia. Defer amico
ut equali: nec te pudeat ut prevenias
amicum in officio. Amicitia enim nescit
superbiam. Ideo enim sapiens dicit. Amicum Eccl. 22

salutare non erubescas. Nec deseras
amicum in necessitate, nec derelinquas
eum, neque destituas: quia amicitia vite
adiumentum est. Ideo in ea onera nostra
portemus: sicut apostolus docuit. Dicit
enim hiis quos eadem complexa est chari-
tas. Etenim si amici secunde res amicos
adiuvant: cur non et in adversis amici
rebus amicorum adiumentum suppetat?
Iuvemus consilio: conferamus stu-
dia. compatiamur affectu. Si necesse
est. toleremus propter amicum etiam aspe-
ra. Plerumque inimicitie subeunde sunt
propter amici innocentiam. sepe obtrecta-
tiones. Si restiteris vel responderis
cum amicus arguitur et accusatur: nec
te peniteat eiusmodi offensiones.
Iusti enim vox est: Et si mala mihi eve-
nerit propter amicum sustineo. In adver-
sis enim amicus probatur. Nam in prospe-
ris amici omnes videntur. Sed ut
in adversis amici patientia et tolerantia

tia necessaria est: sit in prosperis auc-
toritas correpcionis est ut insolentiam & extol-
lentiam amici reprimat & redarguat.
Quam pulchre in adversis positus Job di- Job: 19
cit: Miseremini mei amici mei mise-
remini. Vox quasi abiecta vox ista est: sed
quasi censoria. Ita cum iniuste arguitur
ab amicis: dicit: Miseremini mei ami-
ci. hoc est: misericordiam debetis facere.
Opprimitis autem vos & impugnatis ho-
minem: cuius erumnis compati per amici-
tia vos oportebat. Servate igitur filii
initam cum fratribus amicitiam: quia
nichil est in rebus humanis amico pulchri-
us. Solatium quippe vite humane est: ut
habeas cui pectus aperias tuum: cum quo
arcana participes: cui committas secre-
ta pectoris tui: ut colloces tibi fidelem
virum: qui in prosperis gratuletur tibi
in tristibus compatiatur: in persecutio-
nibus adhortetur. Quam boni amici

Hebrei pueri: quos a sui amore nec
2. reg. 1. fornacis ardentis flamma divisit. De
quo loco ut superius diximus. bene
ait sanctus David. Saul et Jonathas
speciosi et charissimi. inseparabiles
in vita sua. et in morte non sunt sepa
rati. Hic est amicitie fructus: non
ut fides propter amicitiam destituatur. Non
potest enim homini amicus esse: qui
deo fuerit infidus. Pietatis custos
amicitia est: et aequalitatis magistra
ut superior inferiori se exhibeat ae
qualem: inferior superiori. Audiat
quasi parentem: quasi aequalem et quasi
amicum moneat: obiurget non iac
tantie studio. sed affectu charitatis.
Inter dispares enim mores non potest
esse amicitia. et ideo convenire sibi
utriusque debet gratia. Nec auctoritas
desit inferiori: si res poposcerit. nec

humilitas superiori. Neque monitio
aspera sit. neque obiurgatio contumeli-
osa. Sicut enim adulationis fugitans
amicitia debet esse: ita etiam aliena
insolentie. Quid est enim amicus: nisi
consors amoris. Ad quem animum tuum
adiungas atque applices. et ita misceas ut
unum velis fieri ex duobus cui te alteri
ut tibi committas: a quo nichil timeas:
nichil ipse commodi tui causa inhonest-
um petas. Non enim vectigalis amicitia
est. sed plena decoris: plena gratie. Vir-
tus est enim amicitia: non questus. quia non
pecunia gignitur sed gratia. nec licitati-
one pretiorum. sed concertatione benivolen-
tie. Denique meliores amicitie sunt in-
opum plerumque quam divitum: et frequenter divi-
tes sine amicis sunt: quibus abundant
pauperes. Non est enim vera amicitia:
ubi est fallax adulatio. Divitibus atque

plerumque assentatorie gratificantur. Er-
ga pauperem nemo simulator est.
Verum est: quicquid defertur pauperi. hu-
ius amicitia inuidia vacat. Quid
amicitia preciosius: que angelis com-
munis et atque hominibus est. Unde et
Luce: 16: dominus Jesus dicit: facite vobis ami-
cos de iniquo mamona: qui recipiant
vos in eterna tabernacula sua. Ipse
nos deus amicos ex seruulis facit: si-
cut ipse ait: Jam vos amici mei estis
Johan: 15: si feceritis que ego precipio vobis. Dedit
formam amicitie quam sequamur: vt
faciamus amici voluntatem. vt ape-
riamus secreta nostra amico quecunque
in pectore habemus: et nos illius ar-
cana non ignoremus. Ostendamusque
illi nos pectus nostrum: et ille nobis
Ibidem. aperiat suum. Ideo inquit: Vos dixi
amicos quia omnia quecunque audiui
a patre meo nota feci vobis. Nihil
ergo occultat amicus si verus est.

effundit animum suum: sicut effundebat
mysteria patris domino Iesus. Ergo qui
facit mandatum dei amicus est: et hoc ho-
norat nomine. Qui est unanimis ipse
amicus est. quia unitas animorum in amicitia
sit: neque quicquam detestabilior quam qui amicitiam
leserit. Unde in proditore dominus hoc gravis-
simum invenit quo eius condemnaret
perfidiam: quod gratie vite non presentaverit:
et convivijs amicitie venenum malitie
infuderit. Itaque sic ait. Tu vero una- ps. 54
nimis dux meus et notus meus:
qui semper mecum dulces capiebas ci-
bos. Hoc est non potest sustineri istud: quia
unanimis appetisti eum: qui tibi dona-
verat gratiam. Nam si inimicus me-
us maledixisset michi. sustinuissem
utique: et ab eo qui me oderat abscon-
derem me. Inimicus vitari potest:
amicus non potest: si insidiari velit. Ce-
lum cavendus cui non committimus
consilia nostra: quem cavere non pos-

ſumus: cui commiſſimus. Itaq ad
acrriandam peccati invidiã nõ dixit:
tu vero ſeruus meus. apoſtolus meus.
ſed vnanimus meus: hoc ẽ: nõ meus
ſed etiã tuus proditor es: qui vnani-
mũ prodiſti. Dñs ipe tũ a tribus re-
gibus offenſus eſſet: qui ſancto Iob
honorẽ non detuliſſet: ignoſcere his ꝑ
amicũ maluit: vt amicitie ſuffra-
giũ remiſſio fieret peccatorum.
Itaq rogauit Iob: 7 dñs ignouit. pro-
fuit illis amicitia: quibus offuit inſo-
lentia: — TELOS

Laus deo. pax viuis. Requies
eterna ſepultis: AMEN:

Papier avec
Visage a bonnet

Biblioth. d. chan. Re. S^t augustin
de l'ab. de Rebdorff. Diocese d'aichstet

Per religiosas semitas viam vite
ad dei presenciam sepius licet cum meo vulgare
prius omne promissum cadat in debitum
tamen est quod ego senectute debilis et
destitutus viribus corporis et ...
vocem ad ... ut labia mea
eiusdem desiderat anima vestra sic ac
nostris instituta ordinis nostri ...
Carthusiensis et quia eadem ...
utique enim ... non valeo ... ab
... et locorum distanciam et in tan
tum et locorum ... quo simul esse ...
... si suppeteret forte ...
suppeteret et si suppeteret forte ...
forte quieti et silencio nostre
religionis esset ... in nos
... pro quiete vestra ac mea ...
ordinis nostri saltem queso et ... pro
attamen ... vobis ... ut
vestre possit ... et alius desiderat
... omnes ... notificare et
... in pro ... et in ... sibi
sunt satis breves ... sed deo placuit

ita fore est. et quibus pro spiritum caritatis exhibe-
ceruatis apostolus desideratissime domine
Jacobe ad anhelati statu secundo. et in visce-
ribus ihesu christi hortor et flagito ut
si quid precepto sequentibus spiritus
inspirauerit. ne obliuioni ponatis.
ne labor vicinus in tyrannis tingat
nec vos terreat asperitas ordi-
na si modicum premit cilicium. seu
vexat abstinentia carnium. vel
cruciat cibi vel potus parcitas
tis inueniens sit ... labor corpo-
ris in corpore iam facilius. cum co-
digne sint passiones huius temporis
ut ait apostolus ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis. Verba christi
in euangelio super 14 capitulo. Si quis venit
ad me et non odit patrem suum. et
matrem et vxorem. et filios et fratres
et sorores. adhuc autem et animam suam
non potest meus esse discipulus. Sit autem. Et
considerantes que et quanta sunt
que nobis promittantur in celis. vilescunt

quo oia que ſſent i terris terrena
nãq3 ſtia ſupne felicitati cop(ar)a
ta · pondus e no ſubſidiu(m) tempora
lis vita · eterne vite cop(ar)ata ·
mors e potius dicenda q(uam) vi
ta Ipſe em cottidian(us) defectus
corrupcois · id e aliud q(uam) quedã
p(ro)lixitas mortis qz ne aut lig
wa dice · ul qs intellectus cape
ſuffi(cit) illa ſupne civitatis q(uan)ta
ſint gaudia · angelorum choris i(n)t(er)-
ee · cu(m) btiſſimis ſpiritib(us) glorie
conditoris aſſiſte · p(re)ſentem dei vultu(m)
cerne incircumſcriptu(m) lumine videre
nullo mortis metu affici · i cor-
ruptionis ppetue mune(re) letari
Sed ad h(ec) audita i ardeſcit
ai(mu)s iãq3 illic cupit aſſiſte(re)
ubi ſe ſperat ſi(n)e fine gaudere ·
Sed ad magna gaudia p(er)ueniri
no(n) p(ote)ſt niſi p(er) magnos labores Vn(de)
et paulus egregius p(re)dicator dic(it)

Nemo coronabitur nisi qui legittime
